2
53

DICTIONARIVM CICERONIAnum Authore Huberto Suſſannæo Sueſſionenſi,

ubi uno in conſpectu poſitæ definitiones plurimæ, et uocabulorum multorum interpretationes uidebuntur.

34. 6-A-24

NON SINE PRIVILEGIO.

σὺν θεῷ



Οὐ μέγα τὸ πολὺ

ἀνὴρ ἐλλόγιμος.

2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M D X X X V I I I.

AD VIRGINEM MARIAM, *ut editionem proſperet.*

Diua præ cunctis ueneranda Chriſti
Mater, at uirgo tamen uſque pura,
Gloria prædic quibus ipſe tantam
Laudibus ornem.
Vt ſimul doctæ celebrent ſorores,
Frater & Lunæ, Lyriciq; uates,
Quicquid & uocum eſt, pia uirgo nulli
Cedis honori.
Cum ſuo Chriſtus patre principatum
Obtinet, ſanctum quibus addo pneuma:
Proximos illis merito occupabis
Mater honores.
Duc opus uentis famuli ſecundis.
Infremat quanuis furioſa turba,
Vota cantantur, precibuſque magnum
Numen adoro.

Digitized by Google

DICTIONARIVM EX OMNIBVS *Ciceronis operibus collectum per Hubertum Suſſannæum Sueſſionenſem, ubi uno in conſpectu definitiones plurimæ, et uocabulorum multorum interpretationes uidebuntur.*

A

Abalienatio.

ABALIENATIO *eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.* In Top.

Abſolutio in Partitione.

Abſolutio, eſt per quam omnia quæ incidunt in cauſam genera, de quibus poſtea dicẽdum eſt, amplectimur partitione. De Inuen. I.

Abuſio, Catacreſis.

Ariſtoteles Abuſionem Tranſlationi ſubiungit, quã Catacreſim uocant, ut cum minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur uerbis propinquis, ſi opus eſt. Vide plura in uerbis mutatis, ſuo ordine. In orato.

Academici, Peripatetici.

Plationis autoritate, qui uarius, & multiplex & copioſus fuit, una & conſentiens duobus uocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes nominibus differe- Acade. q. I.

bant. Nam cum duos reliquiſſet præſtantiſſi. ſtudio atque doctrina Xenocratem Calcedonium, *&* Ariſtotelem Stagiritem, *qui cum* Ariſtotele, Periparetici *dicti ſunt, qui diſputabant inambulantes in* Lycio. *Illi autem qui* Platonis *inſtituto in* Academia, *quod eſt alterum* Gymnaſium, *cœtus erant & ſermones habere ſoliti, ex loci uocabulo nomen habuerunt.*

Acatalepton uide in dictione Viſum ſuo ordine.

Accuſare, Maledicere.

Pro.M.Cæ. *Aliud eſt maledicere, aliud accuſare, Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, conuitium: ſi facetius, urbanitas nominatur.*

Acroſtichis.

De diui.2 *Acroſtichis dicitur, cum deinceps ex primis uerſus literis aliquid connectitur, ut in quibuſdam* Ennianis *quæ* Ennius *fecit.*

Actio.

De orat.3 *Actio eſt quaſi ſermo corporis: quo magis menti congruens eſſe debet.*

In orat. *Actio eſt quaſi corporis quædam eloquentia, cum conſtet e uoce atque motu.*

Adiaphoron.

De finib.3 *Quod Adiaphoron dicunt, id, mihi ita occurrit ut indifferens dicerem.*

Aduerſa.

In Top. *Quæ ex eodem genere contraria ſunt, dicuntur aduerſa.*

Ægritudo.

Tuſc.q.4. *Præſentis mali ſapientis affectio nulla eſt. Stulti eſt autem ægritudo ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animoſque demittunt & contrahunt rationi non obe*

temperantes. Itaque hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi aduerſante ratione contractio. Sic quatuor perturbationes ſunt. Paulopoſt. Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo, rectum eſſe uideatur. Ibidem

Ægritudinem λύπην Chriſippus, quaſi λύσιν, id eſt ſolutionem totius hominis, appellatam putat, quæ tota poterat euelli explicata cauſa ægritudinis. Eſt enim nulla alia, niſi opinio & iudicium magni præſentis atque urgentis mali. Tuſc.q.1

Ægritudinis partes.

Ægritudini ſubijcitur inuidentia, utendum eſt enim dicendi cauſa uerbo minus uſitato, quoniam inuidia non in eo qui inuidet ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſolicitudo, modeſtia, afflictatio, deſperatio, & ſi qua ſunt de genere eorum. Tuſc.q.4.

Vide has partes ſuis locis. Ibidem

Ægrotatio.

Ægrotationem appellant Stoici morbum cum imbecilitate. Alibi. Ægritudo in animo, tanquam ægrotatio in corpore.

Definiunt autem Stoici animi ægrotationem, opinionem uehementem de re non expetenda tanquam ualde expetenda ſit, inhærentem & penitus inſitam. Ibidem

Quod autem naſcitur ex offenſione, ita definiunt, opinionem uehementem de re non fugienda inhærentẽ & penitus inſitã, tanquã fugienda. Ægrotationis partes.

Ægrotationi talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, Ibidem

ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, temulentia, cupedia & ſi qua ſunt ſimilia.

Æmulatio.

Ibidem. Æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc ſit. Nam & imitatio uirtutis æmulatio dicitur, ſed ea nihil hoc loco utimur, eſt enim laudis. Et ęmulatio eſt ęgritudo, ſi eo quod quis concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Æquitatis partes.

In Top. Inſtitutio æquitatis tripartita eſt. Vna pars legitima eſt, altera conueniens, tertia moris uetuſtate confirmata. Atque etiam rurſus æquitas tripartita dicitur eſſe, Vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, aut æquitas nominatur.

Ærumna.

Tuſc.q.4. Ærumna, eſt ægritudo laborioſa.

Ærumnæ.

De finib.2 Maliſne Herculis perpeti ærumnas, ſic enim maiores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen uerbo ærumnas etiam, ut uideo, nominauerunt.

Aer, Æther.

De nat.de.2 Principio terra ſita in media parte mundi circunfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer, Græcum illud quidem, ſed perceptum iam uſu tamen a noſtris, tritum eſt enim pro latino. Hunc rurſus amplectitur immenſus æther, qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Mutuemur hoc quoque uerbum, dicaturque tam æther latinæ, quam dicitur aer, & ſi interpretatur Pacuuius.

Hoc quod memoro, noſtri cœlum, Graij perhibent æthera. Et paulo poſt.

Reſtat ultimus, & a domicilijs noſtris altiſſimus omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem æther uocatur, extrema ora & determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneæ formæ curſus determinatos definiunt.

Æſculapij.

Æſculapiorum primus Appollinis, *quem* Arcades *colunt, qui ſepulchrum inueniſſe, primuſque uulnus dicitur obligaviſſe. Secundus ſecundi* Mercurij *frater. Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe* Cynoſuris. Tertius Arſippi & Arſinoe, *qui primus purgationem alui, dentiſque euulſionem, ut ferunt, inuenit, cuius in* Arcadia *non longe a* Luſio *flumine, ſepulchrum &* Lucus *oſtenditur.* De na.de.3.

Æſtimabile, Axia.

Æſtimabile eſſe dicitur id quod aut ipſum ſecundum naturam ſit, aut tale qui efficiat, ut ſe lectione dignum propterea ſit, quod aliquod pondus habeat dignum æſtimatione, quam ille Axia *uocant: contraque ineſtimabile quod ſit ſuperiori contrarium.* De finib.3

Affectio.

Affectio, eſt quædam ex tempore aut ex negociorum euentu, aut adminiſtratione, aut ſtudio hominum commutatio rerum, ut non tales quales ante habitæ ſunt, aut plerunque haberi ſoleant, habendæ uideantur eſſe. De inuen.2

Affectio, eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas & alia quæ genere in eodem re- Tuſc.4.

periuntur.

Afflictatio.

Tuſc.4. Afflictatio, eſt ægritudo cum uexatione corporis.

Amanus mons.

Ep.5.ad.At. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit, &c.

Allegoriam uide in uerbis mutatis ſuo ordine.

Amare.

De amici. Amare, nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quẽ ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita.

De finib.2 Quid autem eſt amare, ex quo amicitiæ nomen ductum eſt: niſi uelle bonis aliquem affici quammaximis, etiam ſi ad ſe ex his nihil redeat? Amor non dubiæ utilitatis ratione effici ſolet, ſed ipſum à ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur.

Amor.

De ami. Amor ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam: utrunque dictum eſt ab amando.

Tuſc.4 Amor, ut finiunt Stoici, eſt conatus amicitiæ faciendæ ex pulchritudinis ſpecie.

Amicitia.

De amici. Amicitia nihil eſt aliud, niſi omnium diuinarum, humanarumque rerũ cum beneuolentia & charitate ſumma conſenſio.

De inuen.2 Amicitia, uoluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipſius cauſa quem diligit, cum eius pari uoluntate.

De nat.de.1 Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum: quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius cõmoda, quem diligimus, non erit iſta amicitia ſed mercatura quędam utilitatum ſuarum. Prata & arua & pecudum greges diliguntur iſto modo, quod fructus ex eis capiuntur: hominum charitas &

amicitia gratuita eſt. Amicitiæ.

Amicitiæ charitate & amore cernuntur. Nam cum deorum, tum parentum, patriæq; cultus, eorumque homi num, qui aut ſapientia aut opibus excellunt ad charitatem referri ſolet. Coniuges autem liberi, & fratres, & alij, quos uſus familiaritaſq; coniunxit, quanquam etiam charitate ipſa, tamen amore maxime continentur. In part.

Motum in amicitia.

Eſſe motum in amicitia equidem hoc arbitror, cum par uoluntas accipitur, & redditur. Epi. 5. ad Metellum. Amicus.

Eſt is amicus, qui eſt tanquam alter idem. De amiciti. Ambitum uide in dictione Periodus. Amantia.

Animi affectionem lumen mentis carentem, nominauerunt amentiam: eandemque dementiam. Tuſc. q. 4.

Amplificatio.

Eſt amplificatio uehemens quædam argumentatio, ut illa docendi cauſa ſit, hæc cõmouendi. Paulopoſt. In part. Amplificatio, eſt grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplitudo.

Amplitudo, eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. De Inuen. Analogia.

Id optime aſſequitur, quæ Græce Analogia, latine (audendum eſt enim, quoniam hæc primum a nobis nouantur) comparatio proportioue dici poteſt. De uniuer. Angor.

Angor, eſt ægritudo premens. Tuſc. q. 4

Anima, animus.

Animum autem animam etiam fere noſtri declarant nominari. Nam & agere animam & efflare dicimus, & animoſos & bene animatos & ex animi ſententia. Tuſc. q. 1

Ipſe autem animus ab anima dictus eſt.

Animi diuiſio.

Tuſc.4 *Qui animum in duas partes diuidunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem, in participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt placidam tranquillamque conſtantiam, in illa altera motus turbidos tum iræ tum cupiditatis, contrarios inimicoſque rationi.*

Animi partes, & mentis uirtutes.

De finib.5. *Animi autem & eius animi partis, quæ princeps eſt, quæque mens nominatur, plures ſunt uirtutes: ſed duo prima genera: unum earumque ingenerantur ſuapte natura, appellanturque non uoluntariæ: alterum earum quæ in uoluntate poſitæ magis proprio nomine appellari ſolent: quarum eſt excellens in animorum laude præſtantia. Prioris generis eſt docilitas, memoria, quæ fere omnia appellantur uno ingenij nomine, eaſque uirtutes qui habent, ingenioſi uocantur. Alterum genus eſt magnarum uerarumque uirtutum: quas appellamus uoluntarias, ut prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam, & reliquas eiuſdem generis.*

De orat.2 *Virtus autem quæ eſt per ſe ipſa laudabilis, & ſine qua nihil laudari poteſt, tamen habet plures partes: quarum alia eſt ad laudationem aptior. Sunt enim aliæ uirtutes quæ uidentur in moribus hominum, & quædam comitate ac benificentia poſitæ. Aliæ quæ in ingenij alia facultate aut animi magnitudine ac robore.*

Animantium genera.

De uniuer. *Animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atque cœleſte, alterum pennigerum & aereum, tertium terreſtre, quartum diuinæ animationis.*

Animatum.

Animatum, quod motu cietur interiore & ſuo. De ſomnio Scipionis,

Annus uulgaris.

Homines populariter annum tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditum metiuntur. Annus, ubi ſol ſuum totum confecit & peragrauit orbem. Ibidem De uniuer.

Magnus annus uel uertens.

Magnus annus, eſt quum ſolis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſeſe comparationem confe-ctis omnium ſpatijs eſt facta conuerſio. De nat.de.2

Annus uertens.

Cum ad idem unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemque totius cœli deſcriptionem lon-gis interuallis retulerint, tum ille uere uertens annus appellari poteſt. De ſô.Scip.

Antitheta.

Græci ἀντίθετα nominant, cum contrarijs oppo-nuntur contraria. In ora.

Anticipationem uide in dictione Prolepſis.

Antipodes.

Antipodes qui aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia. Acad.2

Apiria.

Apiria, id eſt infinitio. De finib.1

Apodixis.

Itaque argumenti concluſio, quæ eſt Græce ἀπόδειξις ita definitur: ratio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. Acad.4

Appollo.

Appollinis nomen eſt græcum, quem Solem eſſe uo-lunt. De nat.d.1.

Apollines.

De na.de.3. Apollinum antiquiſſimus is, quem pauloante ex Vulcano natum eſſe dixi, cuſtodem Athenarum. Coribantis filius Alter natus in Creta, cuius de illa inſula cum Ioue ipſo certamen fuiſſe traditur. Tertius Ioue tertio natus & Latona, quem ex Hiperboreis Delphos ferunt adueniſſe. Quartus in Archadia, quæ Archades Nomionem appellant, quod ab eo ferunt ſe leges accepiſſe.

Apophthegmata.

Offi.1. Facete dicta uocantur ἀποφθέγματα

Appetitio.

De finib.3. Appetitio animi, ὁρμὴ græce uocantur.

Acad.4 Appetitio (eam enim eſſe uolumus ὁρμὴν) eſt qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod eſt uiſum.

Approbatio.

De Inuen.1 Approbatio, per quam id quod breuiter expoſitum eſt rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit.

Approbatum.

De inuen.2 Approbatũ, eſt quod homines, cum dubium eſſet quale haberi oporteret ſua conſtituerunt authoritate, uelut Gracchi patris factum, quem populus Romanus ob id factum, quod inſciente Collega in Cenſura nihil egiſſet, poſt Cenſuram, Conſulem fecit.

Aqua pluuia.

In Top. Aqua pluuia quæ de cœlo ueniens creſcit imbri.

Arbitror.

P.M. fonte. Verbum conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis arbitror, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi uidimus.

Aliud eſt indicium, aliud arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Pro R. Cemoe.

Arctophilacem uide in dictione Polus.

Arethuſa.

In Sicilia extrema fons eſt aquæ dulcis cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium. In Ver. Act. 6.

Argo nauis.

Argo, quia argui in ea delecti uecti uiri petebant inauratam pellem arietis. Tuſ. 3.

Argumentum.

Argumentum, eſt ficta res quæ tamen fieri potuit. De Inuen. 1.

Argumentum.

Argumentum, eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. De part.

Argumentum, eſt ratio quæ rei dubiæ facit fidem. ad Top.

Ad probandum duplex eſt oratori ſubiecta materies: una rerum earum quæ non excogitat orator, ſed in re propoſita ratione tractantur, ut tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res iudicatæ, decreta, reſponſa ſunt, & reliquæ ſi quæ ſunt quæ non ab oratore pariuntur. Sed ad oratorem à cauſa atque à reis deferuntur. Altera eſt quæ tota in diſputatione & argumentatione oratoris collocata eſt. In orato. 2

Argumentum propriæ notæ.

Propriæ notæ argumentum, quod nunquam aliter fit certumque declarat, ut fumus ignem. In par.

Argumentatio.

Argumentatio eſt argumenti explicatio, ſed ea conficitur: cum ſumpſeris aut non dubia: aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium aut minus probabile per ſe uidetur. Ibidem

De Inuen. 1 Etenim ut breuiter deſcribamus: argumentatio uidetur eſſe inuentum ex aliquo genere rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſarie demonſtrans. Neceſſarie demonſtrantur ea quæ aliter ac dicuntur nec fieri nec probari poſſunt: hoc modo, Si peperit, cum uiro concubuit: hoc genus argumentandi quod in neceſſaria demonſtratione uerſatur maxime tractatur in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per ſimplicem concluſionem.

Vide Concluſ. ſimp. in litera C. Enumerationem in litera E ſuo ordine.

In part. Argumentamdi genera.

Argumentandi duo ſunt genera, quorum alterum ad fidem directo ſpectat: alterum ſe inflectit ad motum. Dirigitur, cum propoſuit aliquid quod probaret, ſumpſitque ea quibus monſtretur: atque his confirmatis, ad propoſitum ſeſe retulit, atque concluſit: illa autem altera argumentatio, quaſi retro & contra prius ſumit quæ uult, eaque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit, permotis animis iacit ad extremum.

Argumentationis uitia.

Ipſum autem genus argumentationis uitioſum his

De Inuen. 1. de cauſis oſtendetur. Si aut in ipſo uitium erit, aut ſi non ad id quod inſtituitur, accommodabitur. Atque in ipſo uitium erit, ſi omnino totum falſum erit, ſi commune, ſi uulgare, ſi leue, ſi remotum, ſi mala definitio, ſi controuerſum, ſi perſpicuum, ſi non conceſſum, ſi turpe, ſi offenſum, ſi contrarium, ſi inconſtans, ſi aduerſum.

Aduerſum eſt, quod ipſi cauſſæ aliqua ex parte officit, ut ſiquis hoſtium uim, & copias & fœlicitatem au-

geat, cum ad pugnam milites hortetur.

Commune eſt, quod nihilo magis ab aduerſarijs quam a nobis facit.

Contrarium eſt, quod contra ea dicitur quæ ij qui audiunt, fecerunt: ut ſiquis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil eſſe crudelius quam urbes diruere, cum ipſe Alexander Thebas diruiſſet.

Controuerſum eſt, in quo ad dubium demonſtrandum dubia cauſa adfertur.

Definitionem malam uide in litera D. ſuo ordine.

Falſum eſt, in quo perſpicue mendacium eſt.

Inconſtans eſt, quod ab eodem de eadem re, diuerſe dicitur. Vt ſiquis cum dixerit qui uirtutem habeat eum nullius rei ad bene uiuendum indigere: neget poſtea ſine bona ualetudine poſſe bene uiuere: aut ſe amico ad eſſe propter beneuolentiam, ſperare tamen aliquid com modi ad ſe peruenturum.

Leue eſt, quod aut poſt tempus dicitur: aut perſpicue rem turpem leui tegere uult defenſione.

Non conceſſum eſt, cum id quod agitur in controuerſia eſt, ut ſiquis cum Vlyſſem accuſet in hoc maxime commoretur indignum eſſe ab homine ignauiſſimo uirum fortiſſimum Aiacem necatum.

Offenſum eſt, quod eorum qui audiunt uoluntatem lædit. Vt ſiquis apud Equites Ro. cupidos iudicandi Cæpionis legem iudiciariam laudet.

Perſpicuum eſt, de quo non eſt controuerſia, ut ſiquis cum Oreſtem accuſet planum faciat ab eo matrem eſſe occiſam.

Remotum eſt, quod ultra quam ſatis eſt petitur.

Turpe, quod aut eo loco in quo dicitur, aut eo homine qui dicit, aut eo tempore quo dicitur, aut ijs qui audiunt, aut ea re de qua agitur, indignum propter inhoneſtam rem uidetur.

Vulgare eſt quod in aliam quoque rem non probabilem, ſi nunc conceſſum ſit, transferri poſſit.

Ariſteus.

Act.i Ver.6. Ariſteus, ut græci ferunt, Liberi filius, olei inuentor eſſe dicitur.

Armati.

Pro. A.cec. Armatos, ſi latine loqui uolumus: quos appellare uere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, qui quæ non habuerunt, inermes ſunt. Vide etiam in dictione Toga.

Ars.

De ora.2 Ars earum rerum eſt quæ ſciuntur.

Aſiaticæ dictionis genere duo.

Genera Aſiaticæ dictionis duo ſunt, unum ſententioſum & argutum, ſententijs non tam grauibus & ſeueris, quam concinnis, & uenuſtis: qualis in hiſtoria Ti-

De cla.ora. mæus. Aliud autem genus eſt non tam ſententijs frequẽtatum, quàm uerbis uolucre atque incitatum, quale eſt nũc Aſia tota. nec flumine ſolum orationis: ſed etiam ex ornato & faceto genere uerborum.

De aſpiratione.

Quin ego ipſe cum ſcirem ita, maiores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in uocali aſpiratione uterentur,

In orat.2 loquabar ſic, ut Pulcros & Cetegos, Triumphos, Cartaginem dicerem aliquando, idque ſero, conuitio aurium, cum mihi extorta ueritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Obſcœnes

ſcœnos tamen & Matones, Otones, ſepulcra, coronas, lacrimas dicimus, quia per aurium iudicium ſemper licet. Purrum ſemper Ennius nuſquam Pyrrhum. Vipateſecerunt Fruges non Phryges, ipſius antiqui declarant libri. Nec enim græcam literam adhibebant, nunc autem etiam duas, & cum Phrygum & cum phrygibus dicendum eſſet. Abſurdum erat aut tantum barbaris caſibus græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolum græce loqui, tamen & Phryges & Pyrrhum aurium cauſa dicimus. Aſſiduus.

Locuples, ut ait Ælius, appellatur ab ære dando. In Top.

Aſſumptio.

Aſſumptio eſt, per quam, id quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. de Inuē, I.

Aſſumptionis approbatio.

Aſſumptionis approbatio, per quam id quod aſſumptum eſt, rationibus confirmatur. Ibidem Atomi.

Atomi, id eſt corpora indiuidua. De. finib. I. Auaritia.

Eſt autem auaritia, opinio uehemens de pecunia, Tuſ. q. 4. quaſi ualde expetenda ſit inhærens & penitus inſita. Cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quæ ſanaret eam cupiditatem, permaneat in uenas, & inhæret in uiſceribus illud malum, exiſtitque morbus & ægrotatio: quæ auelli inueterata non poſſunt, eique morbo nomen eſt auaritia.

Sunt maxime luminoſæ & quaſi actuoſæ partes duæ, Quarum alteram appellant Theſin. Alteram in In orat. augendis amplificandisq́; rebus, quæ ab eiſdem.

Auxeſis eſt nominata.

Axioma.

Acad.4 Quicquid enunciatur, appellatur ἀξίωμα quod eſt quaſi effatum. Axioma, Pronunciatum.

Tuſcu.1. Omne pronunciatum, ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα utar poſt alio ſi inuenero melius. id ergo eſt pronunciatum, quod eſt uerum aut falſum.

B

Beata uita.

De finib.2. Non appellatur omnino uita beata, niſi confecta & abſoluta. Beati.

Tuſcu.5 Videamus qui dicendi ſunt beati. Equidem hos exiſtimo, qui ſunt in bonis nullo adiũcto malo: Nec ulla alia huic uerbo, cum beatum dicimus, ſubiecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.

Bellum uide in dictione Tumultus.

Beatitudo, Beatitas.

De natura deor.6 At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda ſit, utrũque omnino durum, ſed uſu molliẽda nobis uerba ſunt.

Beneficentia.

Officiorũ.1 Iuſtitiæ coniuncta eſt beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet.

De.finib.3 βλάμματα, id eſt detrimenta. Bonum.

Ibidem. Ego aſſentior Diogeni, qui bonum definierit, quod eſſet natura abſolutum. Id autem ſequens, illud etiam quod prodeſſet, ophelon enim ſic appellemus, motum aut ſtatum eſſe dixit, e natura abſoluta.

De finib.3 Bonum, quod ſecundum naturam eſt.

Summum bonum.

Summum bonum a Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc, ut opinor, ſententiam, cum uirtute congruere ſemper. Cætera autem quæ ſecundum naturam eſſent, ita legere, ſi ea uirtuti non repugnarent. Offi.3

Summum bonum, eſt rerum expetendarum extremum. Quod Democritus Euthymiam & ſæpe Acamian appellat, id eſt animum terrore liberum. De finib.3

Genera rerum bonarum ac malarum.

Rerum bonarum & malarum tria ſunt genera. Nam aut in animis, aut in corporibus, aut extra eſſe poſſunt. In par.

Finis bonorum.

Ipſum ſiue finem, ſiue extremum, ſiue ultimum, definiebas, id eſſe, quo omnia, quæ recte fierent, referentur. Quærimus quid ſit extremum, quid ultimum bonorũ. De finib.2 *Quod omnium philoſophorum ſententia tale eſſe debet, ut ad id omnia referri oporteat, ipſum autem nuſquam.* De finib.1

Bene uiuere.

Bene, id eſt recte, frugaliter, & honeſte. Ibidem

Boni.

Omnibus uirtutibus inſtructos & ornatos, tum uiros bonos dicimus. Tuſ.5 *Admirabilitatem magnam facit iuſtitia, ex qua una uirtute uiri boni nominantur.* Officior.2

Breuitas pars Partitionis.

Breuitas eſt, cum niſi neceſſarium nullum aſſumitur uerbum. De Inuen.1

Breuitas conficitur ſimplicibus uerbis, ſemel unaquaque re dicenda, nulli rei, niſi ut dilucide dicas, ſeruiendo. In parti.

Breuitas duplex.

de orat. 2. Breuitas, cum nullum uerbum redundat. Secunda, cum tantum uerbum eſt, quantum neceſſe eſt.

Buſtum.

de legi. 2. Buſtum puto appellari Tymbon.

C

Callidi.

De natura deor. 3 CAllidi, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit. Carere.

Tuſcu. 1. Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur hæc uis, habuit quis, non habet, deſiderat, requirit, indiget. Paulo poſt. Cum id non habeas quod tibi nec uſu, nec natura aptum ſit, non cares, etiam ſi ſentias te non habere. Paulo poſt. Excutiendum eſt, ut ſciatur quid ſit carere, ne relinquatur aliquid uel ſuſpitionis, uel erroris in uerbo.

Carere igitur hoc ſignificat egere eo, quod habere uelis. Ineſt enim uelle in carendo: Dicitur etiam alio modo carere, cum aliquid non habeas & non habere te ſentias etiam ſi id facile patiare. Carere enim in malo non dicitur, non enim eſſet dolendum. Dicitur illud bono carere quod eſt malum, ſed ne uiuus quidem bono caret ſi eo non indiget, ſed in uiuo tamen intelligi poteſt regno carere. Caſus.

In par. Caſus, cum aliter accidit ac putatum ſit.

de diuina. 2 Quid enim aliud ſors, quid fortuna, quid euentus, niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, ut uel non cadere atque euenire, uel aliter cadere, atque euenire potuerit. Caſus pars purgationis.

De inuen. 2 Caſus infertur in conceſſionem, cum demonſtrabitur aliqua fortunæ uis uoluntati obſtitiſſe.

Catalipſis, catalepton.

Nec definiri aiebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio aut perceptio, aut ſi uerbum e uerbo uolumus comprehenſio, quam Catalipſin illi *uocant.* Acad.4

Catalepton comprehenſionem appellabat ſimilem ijs rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat. Acad.1.

Catorthomata.

Quæ nos aut recte facta dicamus ſi placet: Illi *autem appellant* Catorthomata, *omnes numeros uirtutis continent, ſola enim ſapientia in ſe tota conuerſa eſt.* De finib.3.

Catorthoſis.

R*ecta effectio eſt quam* Catorthoſin *appellant, quoniam rectum factum* Catorthoma. ibid.

Cauſa.

Cauſam eſſe dicit Hermagoras, *rem quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam cum perſonarum certarum interpoſitione.* De Inuen.1

Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum. In Top.

Cauſa.

Cauſa ea eſt, quæ id efficit cuius eſt cauſa ut uulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. De fato.

Cauſa, Effectus.

Cauſam appello rationem efficiendi, euentū id quod eſt effectum. In parti.

Cauſarum genera.

Chryſippus cauſarum genera diſtinguit. Cauſarum enim, inquit, aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ ad iuuantes & proximæ. De fato.

Cauſarum genera duo ſunt. Vnum quod uiſa id quod ſub ea ſubiectum eſt, certe efficit, ut ignis accēdit. Alterum quod naturam efficiendi non habeat, ſed ſine In Top.

quo effici non poſſit: ut ſi quis æs cauſam ſtatuæ uelit dicere, quod ſine eo non poſſit effici.

Huius generis cauſarum ſine quo non efficitur: Alia ſunt quieta, nihil agentia, ſolida quodammodo, ut locus, tempus, materiæ. Alia autem præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta & ſi non neceſſaria, ut amori congreſſio cauſam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere cauſarum ex æternitatem pendentium Fatum à Stoicis nectitur. Sunt aliæ cauſæ, quæ plane efficiant nulla re adiuuante, Aliæ quæ adiuuari uelint, ut ſapientia efficit ſapientes ſola per ſe.

Cauſa ſimplex.

De Inuen. 1 *Cauſa ſimplex, quæ abſolutam continet queſtionem.*

Cauſa coniuncta.

Ibidem. *Cauſa coniuncta ex queſtionibus pluribus, in qua plura quæruntur.*

Cauſa ex comparatione.

Ibidem *Cauſa ex comparatione, in quam per contentionem, utrum potius, aut quid potiſſimum ſit queritur.*

Quid facit cauſam.

De Orat. 2. *Cauſam facere dicitur, quo ſublato controuerſia ſtare non poteſt.*

Genera cauſarum.

In par. *Tria ſunt genera cauſarum, iudicij deliberationis, exornationis. Ariſtoteles tribinus generibus rerum uerſari rhetoris officium putauit, demonſtratiuo, deliberatiuo, iudiciali.*

De orat. 1 *Cauſæ a communi quæſtione ſeiunctæ partim in iudicijs uerſantur, partim in deliberationibus. Eſt etiam genus tertium, quod in laudandis aut uituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera uide ſuo ordine.*

Genera cauſarum.

Genera cauſarum ſunt quinque, Honeſtum, Admirabile, Humile, Anceps, Obſcurum. De inuen. 1.

Honeſtum cauſæ genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra auditoris fauet animus.

Admirabile eſt, a quo alienatus eſt animus eorum, qui audituri ſunt.

Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum uidetur.

Anceps, in quo aut iudicatio dubia eſt, aut cauſa & honeſtatis & turpitudinis particeps, ut beneuolentiam pariat & offenſionem.

Obſcurum in quo aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendum negocijs cauſa implicata eſt.

Cautio, Metus.

Quoniam ut bona natura appetimus, ſic a malis natura declinamus, quæ diclinatio cum ratione fiet, Cautio appellatur, eaque intelligitur in ſolo eſſe ſapiente: quæ autem ſine ratione & cum exanimatione humili atque fracta, nominatur metus. Eſt igitur metus ratione aduerſa cautio. Præſentis autem mali ſapientiſ affectio nulla eſt. Tuſ, queſ.4.

Tempori, cedere.

Primum tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum. Ep.5.ad Marcellum

Centrum.

Perſuadent Mathematici terram in medio mundo ſitam ad uniuerſi cœli complexum quaſi puncti inſtar obtinere, quod centron illi uocant. Tuſc. 1.

Ceres.

Mater Proſerpinæ eſt a gerendis frugibus Ceres tã quam Geres, caſuque prima litera itidem mutata ut a Græcis. Nam ab illis quoque Demeter, quaſi Gemeter De natura deor.2

nominata eſt. Fruges appellamus Cererem, uinum Liberum: ex quo illud Terentij, Sine Cerere & Libero friget Venus.

Choreus.

Choreus habet tres breues. Opinor legendum Trocheus. Vide Quintilianum capite de compoſitione.

Ciclus.

De na. de 2. *Circulus aut orbis Ciclos Græce dicitur.*

Ciuitates.

De ſomnio Scipionis, *Concilia, cœtuſque hominum iure ſociati, ciuitates appellantur.*

Ciuitates, Vrbes.

Pro Seſt. *Qui primi uirtute et concilio præſtanti extiterunt, res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus, tum conuenticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominauerunt, tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus: inuento & diuino & humano iure mœnibus ſepſerunt.*

Clementia.

De inuen. 2 *Clementia, per quam animi temere in odium alicuius inuentionis concitati comitate retinentur.*

Coacti.

pro Aulo Cecinna. *Coacti ſunt ij qui ab aliquo ſunt unum in locum cõgregati, quia plerunque ubi multitudine opus eſt, homines cogi ſolent.*

collatio.

De inuen. 1. *Collatio, eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine conferens.*

Seipſum colligere.

Tuſc. 4 *Quid eſt autem ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum congerere?*

comes, comiter.

Pro corne. B. *Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur: qui erranti comiter monſtrant uiam, id eſt benigne & non grauate.*

cometæ.

Quas Græci cometas, noſtri crinitas uocant. De natura deor. 2

commata, cola. In orat. 3

Cum his locis fueris uſus, quibus oſtendi licere, tranſferenda tota dictio eſt ad illa, quæ neſcio cur cum Græci Commata *&* Cola *nominent, nos non recte inciſa et membra dicamus.* Neque *enim eſſe poſſunt rebus ignotis nota nomina: ſed cum uerba aut ſuauitatis aut inopiæ cauſſa transferre ſoleamus, in omnibus hoc fit artibus ut cum id appellandum ſit, quod propter rerum ignorationem ipſarum nullum habuerit ante nomen, neceſſitas cogit aut nouum facere uerbum aut à ſimili mutuari.*

commune.

Commune*, eſt quod omnes uulgo probarunt & ſecuti ſunt, huiuſmodi: ut maioribus natu aſſurgatur ut ſupplicum miſereatur.* De inuen. 1

communicatio.

Communicatio*, eſt quaſi cum his ipſis apud quos dicas deliberatio.* Commutationem *uide in conſtitutione tranſlatiua.* de ora. 3.

comparatio.

Comparatio *eſt, cum aliquod factum quod per ſeipſum non ſit probandum, ex eo cuius id cauſſa factum eſt, defenditur.* De Inuen. 2.

Comparatio *eſt, cum aliud aliquod factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur eſſe commiſſum.* De Inuen. 2.

comparabile.

Comparabile*, quod in rebus diuerſis ſimilem aliquã rationem continet:* Eius *partes tres ſunt* Imago*,* Collatio*,* Exemplum*:* Q*uas. uide ſuo ordine.* Ibidem.

Complexio. Ibidem.

Complexio*, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione breuiter exponitur.* Ibidem.

Complexio in alio intellectu.

Complexio eſt, in qua utrum conceſſeris reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus eſt, cur uteris, ſin probus, cur accuſas?

conclusio.

Ibidem. Concluſio eſt, exitus & determinatio totius orationis. Hæc habet partes tres: Enumerationem, Indignationem, & Conqueſtionem. Enumeratio eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ in unum locum coguntur. Et reminiſcendi cauſſa unum ſub aſpectum ſubijciuntur. Reliquas duas partes uide ſuo ordine.

Simplex concluſio.

Ibidem. Simplex autem concluſio ex neceſſaria conſequutione conficitur.

concluſio falſa.

De finib. 4 Docet nos Dialectici, ſi ea quæ rem aliquam conſequantur falſa ſint, falſam illam ipſam eſſe quam ſequantur.

confidens.

Tuſ. 3. Qui fortis eſt idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in uitium ponitur, ductũ uerbum a confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt fidens: is profecto non extimeſcit, diſcrepat enim a timendo confidere.

confirmatio.

De inuen. 1. Confirmatio eſt per quam argumentando noſtræ cauſſæ fidem & authoritatem & firmamentum adiungit oratio.

conflictio cauſſarum.

Ibidem Cauſarum hæc eſt conflictio, in qua conſtitutio conſtat. Ex ea igitur naſcitur controuerſia, quam quæſtionem dicimus.

coniectio ſomniorum.

de diui. 2. Somniorum coniectionem definit Chryſippus hoc modo, eſſe uim cernentem, & explanantem quæ a dijs hominibus ſignificentur in ſomnis.

coniugata.

Coniugata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem. Eiuſdem autem generis uerba ſunt, quæ orta ab uno uarie commutantur, ut ſapiens, ſapientia, ſapienter. In Top.

conqueſtio.

Conqueſtio, eſt oratio auditorum minimam captans. De Inuen. 1.

conſecutio uerborum.

Conſecutio, ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus perturbetur oratio. Nam ut in ſimplicibus uerbis quod non eſt latinum, ſic in coniunctis quod nõ eſt conſequens, uituperandum eſt. In parti.

conſequentia.

Conſequentia dicuntur quæ rem neceſſario conſequuntur. In Top.

conſilium.

Conſilium, eſt aliquid faciendi, non faciendiue excogitata ratio. De Inuen. 2

Conſilium eſt aliquid faciendi, aut non faciendi uere excogitata ratio. De inuen. 1.

conſtitutio.

Eam quæſtionem ex qua cauſa naſcitur, conſtitutionem appellamus. Conſtitutio, eſt prima conflictio cauſarum ex depulſione intentionis profecta. hoc modo, feciſti non feci: aut iure feci. Vide Statum in litera S ſuo ordine. Ibidem,

coniecturalis conſtitutio.

Cum facti controuerſia eſt, quoniam coniecturis cauſſa firmatur, coniecturalis conſtitutio appellatur. Ibidem.

conſtitutio definitiua.

Cum nominis controuerſia eſt, quia uis uocabuli definienda uerbis eſt, conſtitutio definitiua nominatur. Ibidem

conſtitutio generalis.

Cũ qualis ſit res quæritur, quia et de ui & de genere Ibidem,

uerbi controuerſia eſt, conſtitutio generalis uocatur.

conſtitutionis generalis diuiſio.

Ibidem Conſtitutio quam generalem nominamus, partes nobis duas uidetur habere, iuridicialem & negocialem.

conſtitutio iuridicialis.

Ibidem Iuridicialis eſt, in qua æqui & recti natura aut præmij aut pœnæ ratio quæritur.

De Inuen. 2. Iuridicialis conſtitutio, eſt in qua æqui & iniqui natura & præmij aut pœnæ ratio quæritur. Huius partes ſunt duæ quarum alteram abſolutam, alteram aſſumptiuam nominauimus. *Iuridicialis partes.*

De inuen. 1. Iuridicialis in duas diſtribuitur partes, abſolutam & aſſumptiuam.

Ibidem. Abſoluta eſt, quæ in ſe ipſa continet iuris et iniuriæ queſtionem.

de Inuen. 2 Abſoluta conſtitutio quæ ipſa in ſe non ut negocialis, implicite & abſcondite, ſed patientius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

Ibidem, Aſſumptiua conſtitutio dicitur, cum ipſum per ſe factum probari non poteſt, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. Eius partes ſunt quatuor: Comparatio, Relatio criminis, Remotio criminis, conceſſio.

de inuen. 1 Aſſumptiua eſt quæ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad recuſationem: Foris autem aliquid defenſionis aſſumit. Eius partes ſunt quatuor: cōceſſio, remotio criminis, Relatio criminis, comparatio. Comparationem uide ſupra.

De inuen. Conceſſio eſt per quam non factum ipſum probatur ab reo, ſed ut ignoſcatur, id petitur. Eius partes ſunt duæ, Purgatio & Deprecatio. Has duas partes uide

De inuen. 1. ſuis locis.

Conceſſio eſt cum non reus id quod factum eſt defen dit,ſed ut ignoſcatur ſibi poſtulat. Hæc in duas partes diuiditur, Purgutionem & Deprecationem.

Remotio criminis eſt, cum eius intentio facti quod ab aduerſario infertur, in alium aut in aliud dimouetur,id fit bipartito. Nã tũ cauſſa,tũ res ipſa remouetur. De Inuen. 2

Relatio criminis eſt cum reus id quod arguitur con feſſus,alterius ſe inductum peccato iure feciſſe demonſtrat. Ibidem.

conſtitutio tranſlatiua.

Cum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere uidetur quem oportet: aut non cum eo qui cum oportet: aut non apud quos:quo tempore: qua lege: quo crimine: qua pœna oportet, tranſlatiua dicitur conſtitutio: quia actio tranſlationis commutationis indigere uidetur. De Inuen. 1

Negocialis conſtitutio.

Negocialis eſt, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit,conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos iuriſconſulti exiſtimantur. Ibidem. 2

Negocialis conſtitutio eſt,quæ in ipſo negocio iuriſ ciuilis habet implicitam controuerſiam. de Inuen. 2

conſul.

Conſul eſt,qui omnes uigilias,curas,cogitationes in Reipub. ſalute conſigit. De leg. 3.

Regio imperio duo ſunto,iique præeundo, iudicando conſulendo,prætores,iudices,conſules appellantur. de leg. 3.

continentia.

Continentia,eſt per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. De Inuen 2

continentia con negocio.

Continentia cum ipſo negocio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe uidentur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. De Inuen. 1

continentia in alio intellectu.

In Top. *Quibus hoc qua de re agitur continetur, hæc continentia uocentur, quaſi firmamenta defenſionis, quibus ſublatis defenſio nulla ſit.*

In ora. *Contractio dictionum apud ueteres.*

Vocales ſint uocalibus ſæpe breuitatis cauſſa contrahebant ueteres, ut ita dicerent, multis modis, uaſis argenteis palmis, & crinibus tectis fractis. Quid uero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam ut duellum bellum, & duis bis, ſic Duellium *eum qui pœnos claſſe deuicit,* Bellium *nominauerunt. Superiores autem appellati erant ſemper* Duellij. *Quin etiam uerba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo enim ueſter axilla alafactus eſt, niſi fuga literæ uaſtioris? Quam literam etiam e maxillis e taxillis, & uexillo, & paxillo, conſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut ſodes pro ſi audes, ſis pro ſi uis. Iam in uno capſis tria uerba ſunt. ain pro aiſne. nequire pro non quire, malle pro magis uelle, nolle pro non uelle. dein etiam ſæpe, & exin, pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud non olet unde ſit? quia dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, ſed nobiſcum, quia ſi ita diceretur, obſcœnius concurrerent literæ, ut etiam modo, niſi autem interpoſuiſſem concurriſſent. Ex eo eſt mecum & tecum, non cum me & cum te, ut eſſet ſimile illis uobiſcum atque nobiſcum.*

contraria.

Acade.4. *Contraria ſunt cum alterum ait, alterum negat.*

contrariorum genera.

In Top. *Contrariorum genera multa, unum eorum quæ in*

eodem genere plurimum differunt, eodem autem genere dicuntur, quibus propoſitis occurrunt, tanquam è regione contraria, ut celeritati tarditas. Hæc quæ ex eodem genere ſunt, appellantur aduerſa.

contraria aduerſa.

Quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur aduerſa: ut ſi ſtultitiam fugimus, ſapientiam ſequamur. Ibidem

contraria negantia.

Sunt ualde contraria alia quæ appellantur negantia, ea apophatica græci, contraria aientibus: ut ſi hoc eſt, illud non eſt. Ibidem

contraria priuantia.

Sunt contraria quæ priuantia licet appellemus latine, græce appellantur ſteritica. Præpoſitio enim In, priuat uerbum ea ui quam haberet, ſi in præpoſitum non fuiſſet: ut dignitas, indignitas: humanitas, inhumanitas. Ibidem

contrarium.

Contrarium eſt quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat. ut frigus calori, uitæ mors. De Inuen. 1

controuerſiarum genera.

Generis eſt controuerſia cum & quid factum ſit conuenit, & quod id factum nomine appellari oporteat, conſtat, & tamen quantum, cuiuſmodi & omnino quale ſit, quæritur. Ibidem

Ex contrarijs legibus controuerſia naſcitur, cum inter ſe duæ uidentur leges aut plures diſcrepare. Controuerſiam definitionis uide in Definitione. De Inuen. 2

Controuerſia omnis aut de re aut de nomine eſſe ſolet. De finib. 4.

Nominis controuerſia eſt cum de facto conuenit, & quæritur id quod factum eſt, quo nomine appelletur. De Inuen. 1.

De Inuen,2 Ex ſcripto & ſententia controuerſia conſiſtit, cum alter uerbis ipſis quæ ſcripta, utitur: Alter ad id quod ſcriptorem ſenſiſſe dicetur, omnem adiungit actionem.

de Inuen,1, Scripti controuerſia eſt ea, quæ ex ſcriptionis genere naſcitur.

de Inuen 2, Ex ratiocinatione naſcitur controuerſia, cum ex eo quod uſpiam eſt, ad id quod nuſquam ſcriptum eſt, peruenitur. Ratio pars controuerſiæ.

Ibidem, Ratio eſt cum omnis quæſtio non in ſcriptione, ſed in aliqua argumentatione coſiſtit. conturbatio.

Tuſ, queſ. 4: Conturbatio, metus excutione cogitata.

conuiuium.

De ſenect. Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt. Vide plura in dictione Sympoſium.

Coſmos.

De uniuer. Hunc uarietate diſtinctum bene Græci Coſmon, nos lucentem mundum nominauimus. Credibile.

de Inuen. 1 Credibile, quod ſine ullo teſte creditoris opinione firmatur. Creticus pes & Peon.

In ora, Creticus pes qui eſt e longa & breui & longa, & eius æqualis Peon, qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior, quam commodiſſime potatur inſolutam orationem illigari, cum ſit duplex. Nam aut e longa & tribus breuibus, qui numerus in primo uiget, iacet in extremo: aut totidem breuibus & longa. In quem optime cadere cenſent ueteres, ego non plane reijcio, ſed alios antepono.

De Orat, 3, Certius eſt ex longa & breui & longa, ut, quid petam præſidij? Crinomenon.

In. Top, Quæ ex ſtatu contentio efficitur, eam Græci Crinomenon

menon uocant.

Quicquid eſt enim illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ, quod Græce Crinomenon dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæſtionem.

Cupidines.

Cupido primus Mercurio & Diana prima ortus dicitur. Secundus Mercurio et Venere ſecunda. Tertius quidem eſt Anteros, Marte & Venere tertia. De natura deor. 3

Cupiditatum genera.

Tria genera cupiditatum, naturales, neceſſariæ, naturales non neceſſariæ, nec naturales, nec neceſſariæ. Vel: cupiditatum duo genera, naturales & inanes: naturalium item duo, neceſſariæ, & non neceſſariæ. De finib. 3

D

Dactylus.

DActylus eſt e longa & duabus breuibus. In ora.

Decere.

Decere, quaſi aptum eſſe, conſentaneumq; tempori & perſonæ, quod cum in factis, tum in dictis ualet, in uultu denique & geſtu & inceſſu, contraque item dedecere. Ibidem.

Decorum.

Decorum latine, Prepon dicitur. Eſt autem eius deſcriptio duplex. Nam & generale quoddam decorum intelligimus: quod in omni honeſtate uerſatur: & aliud huic ſubiectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. Atque illud ſuperius ſic fere definiri ſolet. Decorum id eſſe quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differat. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt: ut id decorum eſſe uelint, quod ita naturæ con- Officiorũ. 1

ſentaneum ſit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali.

Decreta, Dogmata.

Acad. 1. Neque de ſuis decretis dubitare debet philoſophia, quæ philoſophi uocant dogmata: quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit. Cum enim decretum proditur, lex ueri rectique proditur. quo e uitio & amicitiarum proditiones & rerum publicarum naſci ſolent.

Definitio.

De orato. 1. *Definitio eſt earum quæ ſunt eius propriæ quam definire uolumus, breuis & circunſcripta quædam explicatio, in qua hæc præcipit ratio atque doctrina, ut uis eius rei quam definias ſic exprimatur, ut neque abſit quicquam, neque ſuperſit.*

De finib. 2. *Patefactio quaſi rerum opertarum, cum quicque ſit, quæratur, definitio eſt.*

In ora. *Definitio, eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur, oſtendit quam breuiſſime.*

In Top. *Definitio eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat quid ſit. Definitionum duo ſunt genera prima: unum earum rerum quæ ſunt, alterum earum rerum quæ intelliguntur. Eſſe ea dico, quæ cerni tangi ue poſſunt, ut fundum, ædes, parietem & cætera. Quo ex genere quædam interdum nobis definienda ſunt. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi, demonſtrari ue non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt. Vt ſi uſucapionem, ſi tutelam, ſi agnationem definias, quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamen quædam conformatio inſignita, & impreſſa intelligentia, quam notionem uoco: ea ſæpe in argumentando definitione expli-*

canda eſt. Atque etiam definitiones aliæ ſunt partitio-num, cum res quæ propoſita, quaſi in membra diſcerpi-tur. Diuiſionum autem definitio formas omnes comple-ctitur, quæ ſub eo genere ſunt quod definitur. Dicen-*dum qui ſit definitionis modus.* Diuiſio.

Definitionis modus.

Sic igitur ueteres præcipiunt cum ſumpſeris ea quæ ſunt ei rei quam definire uelis, cum aliis communia, uſ-que eo perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem tranſferri poſſit. Ibidem

Definitionis controuerſia.

Diſinitionis controuerſia eſt cum in ſcripto uerbum aliquod eſt poſitum, cuius de ui quæritur. De Inuen. 2.

Mala definitio, genus uitioſæ argumentationis.

Mala definitio eſt, cum aut communia deſcribit, aut falſum quidam dicit, aut aliquid nec graue nec magnũ continens. De inuen 1.

Vide Argumentationem *ſuo loco.*

Deiectus, Vnde.

Ad duo genera rerum unum uerbũ quod ſitis decla-raret utraſq; res, inuenerũt: ut ſiue ex fundo ſiue à fun-do deiectus eſſem uno atq; eodẽ interdictis reſtituerer. VNDE TV, *hoc uerbum unde utrunque declarat, & ex quo loco, & a quo loco. Vnde deiectus eſt Cæcin-na? ex urbe. Vnde deieciſti? ab urbe. Vnde deiecti* Gal*li?* a Capitolio. *Vnde qui cum Graccho fuerunt? ex ca pitolio. Videtis igitur hoc uno uerbo ſignificari res du as, & ex quo & a quo loco.* Vide Detrudi. pro Aulo Cecinna.

Delectatio.

Delectatio eſt uoluptas ſuauitate auditus animum Tuſcu.4.

deliniens, & qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum & ſaporum, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ uoluptates.

Deliberatiuum genus.

De inuen. 1. *Deliberatiuum, eſt quod poſitum in diſceptatione & conſultatione ciuili, habet in ſe ſententiæ dictionem.*

Deliratio.

De ſeneƈt. *Deliratio, eſt ſenilis ſtultitia.*

Demones.

De uniuer. *Quos Græci Demonas appellant, noſtri (ut opinor) Lareis.*

Demonſtratiuum genus.

De inuen. 1. *Demonſtratiuum, eſt quod tribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem aut uituperationem.*

Deprecatio.

De Inuen. 2 *Deprecatio, eſt in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.*

De Inuen. 1. *Deprecatio, eſt & cum peccaſſe reus & conſulto peccaſſe confitetur, & tamen ut ignoſcatur, poſtulat.*

Deſyderium.

Tuſ, queſ. 4. *Deſyderium, eſt libido eius qui non adſit, uidendi.*

Deſperatio.

Ibidem, *Deſperatio, eſt ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum.*

Deteriores, repulſi.

De Aruſ. 1 o *Deteriores, repulſos, hos appellant, quorum & montes & res ſunt perditæ, longeque a communi ſelute diſiunctæ.*

Detrudi, deijci.

Pro. Au. Cæcinna. *Poteſtne detrudi quiſquam qui non attingitur? non ne ſi uerbũ ſequi uolumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi, cui manus adferantur? neceſſe eſt inquam, ſi ad uerbum rem uolumus attingere, neminem ſtatu*

detruſum qui non adhibita ui, manu demotus & actus præceps intelligatur. Deiectus uero qui poteſt eſſe quiſquam niſi in inferiorem locum de ſuperiore motus? Poteſt pulſus, fugatus, eiectus denique. Illud uero nullo modo poteſt deiectus eſſe quiſquam, non modo qui tactus non ſit, ſed ne æquo quidem & plano loco. Quid ergo? Hoc interdictum putamus eorum eſſe cauſſa compoſitum, qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus deiecerent: eos enim uere poſſumus dicere eſſe deiectos.

Deorum ortus.

Deorum ortus habeatur atque dicatur, ut Oceanum Salaciamque Cœli ſatu Terræque conceptu generatos editoſque memoremus. Ex his Phorcyn, Saturnum & Opem, deinceps Iouem atque Iunonem, reliquos fratres inter ſe agnatoſque uſurpare, atque appellare uidemus, & eorum (ut utamur ueteri uerbo) proſapiam. De uniuerſ. Proſapia.

Dialectica.

Dialectica, ars eſt quæ docet rem uniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam primum uidere, deinde diſtinguere. Poſtremo habere regulam, qua uera & falſa iudicarentur, & quæ quibus propoſitis eſſent, quæque non eſſent conſequentia. De cla. ora.

Differendi ratio & ſcientia per omnes partes ſapientiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera diſpertit, ſequentia adiungit, perfecta concludit, uera & falſa dijudicat. Duæ ſunt artes, quibus perfectè ratio et oratio cōpleretur, Vna inueniendi, altera diſſerēdi. Vides ne Diogenē fuiſſe qui diceret artem bene diſſerendi & uera ac falſa dijudicandi, quam uerbo Græco dia- Tuſc. 3. De finib. 4 De Orat. 2.

lecticen appellaret.

Dialectices & Rhetorices diſcrimen.

De finib. 2. Zenonis eſt inquam hoc Stoici, omnem uim loquendi (ut iam ante Ariſtoteles) in duas tributam eſſe partes, dicere: Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius.

Eloquentiæ & Dialecticæ diſcrimen.

In ora. Zenon quidem ille, a quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes intereſſet. Nam cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat huiuſmodi eſſe: cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat.

Diana, Luna.

De natura deor. 2 Dianam & Lunam eandem eſſe putant, Luna a lucendo nominata eſt, eadem eſt enim Lucina. Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, ſic apud noſtros Iunonem, Lucinam in pariendo inuocant. Quæ eadem Diana omni uaga dicitur, non a uenando: ſed quod in ſeptem numeratur tanquam uagantibus. Diana dicta quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ij matureſcunt, aut ſeptem nonnunquam, aut plerunque nouem Lunæ curſibus. Concinnè ut multa Timæus, qui cum in hiſtoria dixiſſet qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe, adiunxit minime id eſſe mirandum, quod Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet, abfuiſſet domo.

Dianæ.

De nat. de. 3. Dianæ fuerunt plures. Prima Iouis & Proſerpinæ,

quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe traditur. Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. Tertiæ pater Vpis traditur, Glaucæ mater, eam ſæpe Græci Vpim paterno nomine appellant.

Dicere.

Ne aliud quicquam eſt dicere, niſi omnes aut certè pleraſque aliqua ſpecie illuminare ſententias. In orato:

Vide oratorie dicere in dictione Orator.

Benedicere.

Benedicere, eſt ſcienter & perite & ornate dicere. De ora. 2

Bona dicta.

Bona dicta quæ falſa ſunt propria iam nomine appellantur. Ibidem

Dicere ornate.

Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminate, & rebus & uerbis dicunt, & in ipſa oratione quaſi quédam numerum uerſumque conficitur, id eſt quod dico ornate. Ibidem

Dicendi genera.

Tria ſunt omnino dicendi genera, quibus in ſingulis quidam floruerunt, peræque autem, id quod uolumus, perpauci in omnibus. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & ſententiarum grauitate & maieſtate uerborum, uehementes, uarij, copioſi, graues, ad permouendos & conuertendos animos inſtructi & parati, quod ipſum alij aſpera, triſti, horrida oratione, neq; perfecta, neq; concluſa, alij leui & inſtructa et terminata. Et contra tenues, acuti, omnia docentes, et dilucidiora non ampliora facientes, ſubtili quadam & preſſa oratione limati. In eodemq; genere alij calidi ſed impoliti, & conſulto rudium ſimiles & imperitorum. In oratore.

Alij in eadem ieiunitate concinniores .i. faceti, florentes etiam & leuiter ornati. Eſt autem quidam interiectus, intermedius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum nec fulmine utens ſuperiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, utriuſque particeps, uel utriuſque, ſi uerum quærimus, potius expers. Iſque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facultatem & æqualitatem, aut addit aliquos ut in corona, locos, omnemque orationem ornamētis modicis uerborum ſententiarumque diſtinguit.

Apte dicere.

De orat. 3 Qui ita moderantur, ut rerum, ut perſonarum dignitates ferunt, ij ſunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem.

Tria in dicendo efficienda.

Tria ſunt enim, ut quidem ego ſentio, quæ ſunt efficienda dicendo, ut doceatur is apud quem dicetur, ut delectetur, ut moueatur uehementius. [De clari. or.] Vide eloquentiæ rationes. Optimus eſt enim orator, qui dicendo animos audientium & docet & delectat & permouet. Docere debitum eſt, delectare honorarium, permouere neceſſarium. [De op. g. or.] Dicacitatem uide in dictione Facetia.

Dichoræus pes.

In orato. Dichoræus uocatur cum duo extremi choræi ſunt, id eſt e ſingulis longis & breuibus.

Difficile fieri.

De Inuen. 2. Difficile fieri, quod quanquam laboris ſumptus, moleſtiæ, longinquitatis indiget, atque ut omnes aut plurimas, aut maximas cauſſas habet difficultatis, tamen his ſuſceptis difficultatibus compleri atque ad exitum perduci poteſt.

Facile fieri.

Facile fieri id dicimus, quod ſine magno aut ſine ul-

lo labore, ſumptu, moleſtia, quam breuiſſimo tempore confici poteſt. Dignitas.

Dignitas, eſt alicuius honeſta & cultu honore & uerecundia digna authoritas. Ibidem. Diligentia.

Quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, aſſiduitate, labore, complectitur uno uerbo diligentia. Diligentes uide in dictione Religioſi.

Dilucidum.

Dilucidum fit uſitatis uerbis, proprijs, diſpoſitis, aut circunſcriptione concluſa, aut intermiſſione aut conciſione uerborum. In par. Diocetes.

Id autem facere non poterat niſi Diocetes, hoc enim utitur, qui à rege eſſet conſtitutus. Pro rab. po. Dionyſii.

Dionyſios multos habemus. Primum Ioue & Proſerpina natum. Secundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe. Tertium Caprio patre, eumque regem Aſiæ præfuiſſe dicunt. Cuius Abazea ſunt inſtituta. Quartum Ioue & Luna cui ſacra Orphica putantur confici. Quintum Niſo natum & Thione, a quo Trieterides conſtitutæ putantur. De. na. de. 3. Dioſcuri.

Dioſcuri etiam apud Graios multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anectes, Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo & Proſerpina nati. Tritopatres, Eubuleus, Dionyſius. Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur a nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Atræi filij, qui Pelope natus fuit. Ibidem. Ditem uide in dictione Pluton.

Diſceptatio.

Ex rationis & ex firmamenti conflictione & quaſi concurſu quæſtio exoritur quædam, quam diſceptatio- In parti.

nem uoco, in qua quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Diſceptator.

Diſceptator. i. rei ſententiæque moderator, ita ut deleĉtetur, aut ſtatuat aliquid. Statuit autem aut de præteritis, ut iudex, aut de futuris, ut ſenatus.

Diſcordia.

Tuſ. 4. *Diſcordia, eſt ira acerbior intimo odio & corde concepta.* Diſertus.

De ora. 1. *Diſertus, qui poteſt ſatis acutè, atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere.* Diſparatum.

De Inuen. 2 *Diſparatum autem id eſt, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur. hoc modo, ſapere & non ſapere.* Diſpoſitio.

Ibidem
De orat. 1. *Diſpoſitio eſt rerum inuentarum in ordinem diſtributio. Itaque redeo ad ordinem collocationemque rerum ac locorum, cuius ratio eſt duplex. Altera quam affert natura cauſſarum. Altera quæ orarum iudicio & prudentia comparatur.* Diues.

In para. *Diues, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus ſit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius.* Diuidere.

De finib. 2 *Vitioſum eſt in diuidendo partem in genere numerare.* Diuinatio.

De diuin. 2. *Vetus opinio eſt uerſari inter homines diuinationem, quam Græci Manticen appellant, id eſt præſentionem & ſcientiam rerum futurarum. Huic præſtantiſſimæ rei nomen noſtri à diuis, Græci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt.*

De diuina. 2 *Chryſippus quidem diuinationem definit his uer-*

bis:uim cognoſcentem et explicantem ſigna quæ a dijs hominibus portendantur.

Diuinatio *eſt earum rerum prædictio & præſenſio quæ ſunt fortuitæ.* De diuina. 1

Genera diuinandi.

Duo genera diuinandi eſſe dicebas, unum artificioſum, alterum naturale. Artificioſum *conſtare partim ex conietura, partim ex obſeruatione diuturna.*

Naturale, *quod animus acciperet, aut extrinſecus exciperet: extrinſecus ex diuinitate, unde omnes animos aut hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus.* Duxiſti *autem diuinationem omnem a tribus rebus, a deo, a fato, a natura.*

Duo ſunt diuinandi genera, quorum alterum artis eſt, alterum naturæ. Artis *ut extra pecudum, auguria, ſortes.* Naturæ *ut ſomnia, uaticinationes.*

Eſt enim ars in ijs qui nouas res coniectura perſequuntur, ueteres obſeruatione didicerunt. Carent *autem arte ij qui non ratione aut coniectura obſeruatis, aut notatis ſignis, ſed concitatione quadam animi aut ſoluto liboróque motu futura præſentiunt.* Quod *& ſopniantibus ſæpe contingit & nonnunquam uaticinantibus per furorem.* Paulopoſt. *Quæ uero aut coniectura explicantur, aut euentis animaduerſa & notata ſunt, ea genera diuinandi, ut ſupra dixi non naturalia ſed artificioſa dicuntur in quo* Aruſpices, Augures, Coniectoreſque *numerantur.*

Dochimus.

Dochimus *autem eſt è quinque ſyllabis, breui, duabus legionis, breui & longa, ut eſt hoc: amicos tenes.* In ora.

Dolor.

Dolor *eſt motus aſper in corpore à ſenſibus alienus.* Tuſ. 2. Tuſ. 4.

Dolor, eſt ægritudo crucians. Dolus malus.

Dolus malus cum aliud agitur aliud ſimulatur.

Dolum Aquilius tum teneri putat cum aliud ſit ſimulatum, aliud actum.

Dolus malus, cum aliud eſt ſimulatum, aliud actum. Paulo poſt.

Dolus malus ſimulatione & diſſimulatione continetur.

E

Eautontimorumenos.

Tuſcu. 3 Ipſe ſe puniens, id eſt Eautontimorumenos.

Effectum.

Acad. 4. Effectum, eſt id quod aut uerum aut falſum ſit, rebus ſumptis. Elocutio.

de Inuen. 1 Elocutio, eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Eloquentia.

In pro. Nihil enim eſt aliud eloquentia, niſi copioſe loquens ſapientia, quæ ex eodem hauſta genere quo illa quæ in diſputando, uberior eſt atque latior, & ad motus animorum uulgique ſenſus accommodatior.

Eloquentiæ effectus.

Tuſ. 2. Orationes multitudinis iudicio probari uolebamus: popularis eſt enim illa facultas & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.

De op. g. or. Eloquentia quibus conſtet.

Eloquentia conſtat ex uerbis & ſententijs, ideo perſiciendum eſt, ut pure & emendatè loquentes, quod eſt Latinè, uerborum præterea & propriorum & tranſlatorum elegantiam perſequamur.

Eloquentiæ membrum.

De ora. 1. Quinque faciunt Græci quaſi membra eloquentiæ.

Inuenire quid dicas, inuenta diſponere, deinde ornare uerbis, poſt memoriæ mandare, tum ad extremum agere, ac pronunciare.

Eloquentiæ tres rationes.

In dicendo facultatis tres ſunt rationes, una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum: harum trium partium prima leuitatem orationis, ſecunda ac tertia uim deſiderat. Vide Dicere. Ibidem.

Eloquens.

Is erit ergo eloquens, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. In orat.

Erit igitur eloquens is qui in foro cauſſiſque ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere uictoriæ. Paulopoſt. Is erit igitur eloquens (ut illud item iteremus) qui poterit parua ſummiſſe, modica temperate, magna grauiter dicere. Ibidem.

Eloquentis officium.

Eſſe igitur perfecte eloquentis puto, non eam ſolum facultatem habere quæ ſit eius propria, fuſe lateque dicendi, ſed etiam uicinam eius atque finitimam dialecticorum ſcientiam aſſumere. Ibidem.

Energia.

Nihil eſt clarius energia, ut Græci, perſpicuitatem aut euidentiam nos ſi placet nominemus. Acade.4.

Entelechia.

Ariſtoteles cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirẽtur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. Cogitare enim & prouidere & diſcere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa alia meminiſſe, amare, odiſſe, cupere, timere, angi, lætari, hæc & ſimilia eorum in horum quatuor generum nullum ineſſe putat. Quintum genus adhibet uacans nomine, & ſic ipſum animum Tuſ.1.

Entelechiam appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem.

Enthymema.

In Top. *Ex repugnantibus ſententijs communis concluſio, a Dialecticis tertius modus, à Rhetoribus Enthymema nũcupatur.*

Enthymemata.

Ibidem *Ex contrarijs concluſa, Græci Enthymemata appellant, non quòd non, omnis ſententia proprio nomine Enthymemata dicatur ſed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen effici apud Græcos ſuum, ſic cum omnis ſententia Enthymema dicatur, quod uideatur ea quæ ex contrarijs conficiatur acutiſſima, ſola proprie nomen commune poſſidet.*

Enumeratio.

De Inuen. 1. *Enumeratio, eſt in qua pluribus uerbis expoſitis & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſario confirmatur. Enumerationem concluſionis partem uide in dictione Concluſio.*

Epiſtola, & eius ſtilus.

Epi. fami. 2 ad cur. *Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras, ſed unum illud certiſſimum, cuius cauſa res ipſa inuenta eſt, ut cerciores faceremus abſentes, ſi quid eſſet quod eos ſcire, aut noſtra aut ipſorũ intereſſet. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo, quæ me magnopere delectant, unum familiare & iocoſum, alterum ſeuerum & graue. Quid tibi uideor in epiſtolis? nonne plebeo ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. Quid enim habet ſimile epiſtola aut iudicio aut cõcioni? Quid ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare uno modo. Priuatas cauſſas et eas tenues agimus ſubtilius, capitis aut famæ ſcilicet ornatius. Epiſtolas uero quotidianis uer-*

bis texere ſolemus. Illud quod eſt epiſtolæ proprium ut is ad quem ſcribitur, de is rebus, quas ignoret, certior ſi at, prætermittendum eſſe non puto. Vitioſæ Epiſtolæ. Ad qui ſ lib. 1.

Hæc genera tollantur epiſtolarum, primum iniqua rum, deinde contrariarum, tum abſurde & inuſitate ſcriptarum. Poſtremo in aliquem contumelioſarum. Ibidem

Epochi.

Epochi, id eſt aſſenſionis retentio. Acad. 4.

Eſſe & non eſſe uide in dictione Definitio.

Ethymologia.

Verborum explicatio probatur, id eſt qua de cauſſa queque eſſent ita nominata, quam etymologiam appella bant. Vide dictionem Notatio. Acad. 4. 1.

Euceria, eſt opportunitas.

Eudoxia, eſt bona fama. De finib. 3.

Euentus.

Euentus, eſt alicuius exitus negocij, in quo quæri ſo let, quid ex quaque re euenerit, eueniat euenturumque ſit. De inuen. 1.

Eruptos uide in dictione Tubi.

Exanimatio.

Exanimatio, eſt metus ſubſequens & quaſi comes pa uoris. Tuſ. 4.

Exclandeſcentia.

Exclandeſcentia, eſt ira modo naſcens, & modo de ſiſtens, quæ Thomoſis Græce dicitur. Ibidem

Exemplum.

Exemplum, eſt quod re authoritate aut cauſſa alicu ius hominis aut negocij confirmat & infirmat. De Inuen. 1.

Exhereſimi dies.

Eſt conſuetudo Siculorum cæterorumque Græco rum, quod ſuos dies menſeſque congruere uolunt, cum ſolis lunæque ratione: ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, In Ver. Ac. 4

eximant unum aliquem diem aut ſummum biduum ex menſe:quos illi Exherſimos dies nominant. Item non nunquam uno die longiorem menſem faciunt aut biduo.

Exire ex poteſtate.

Tuſcu. 3. *Exiſſe ex poteſtate dicimus eos,qui effrenati feruntur aut libidine,aut iracundia:quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim definitur iracundia:Iracundia,ulciſcendi libido. Qui igitur exiſſe expoteſtate dicuntur,idcirco dicuntur quia non ſunt in poteſtate mentis,cui regnum totius animi à natura tributũ eſt.*

Exire de poteſtate.

Tuſc. 4. *Iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt de conſilio,de ratione,de mente.*

Exordium.

De Inuen. 1 *Exordium,eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem,quod eueniet,ſi eum beniuolum,attentum,docilem fecerit.*

Exordiorum uitia.

Ibidem *Vitia uero exordiorum hæc ſunt certiſſima,quæ ſummopere uitare oportebit:Vulgare,Commune,Commutabile,Longum,Separatum,Ttranſlatum,contra præcepta.*

Vulgare exordium , eſt quod in plures cauſſas poteſt accommodari,ut conuenire uideatur.

Commutabile , eſt quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici.

Commune, eſt quod nihilominus in hanc quam in contrariam partem cauſſæ poteſt conuenire.

Longum,eſt quod pluribus uerbis aut ſententijs ultra quam ſatis eſt,producitur.

Separatum,eſt quod non ex ipſa cauſſa ductum eſt, nec ſicut aliquod membrum annexum orationi.

Tranſlatum,

Tranſlatum, eſt quod aliud conficit quam cauſſæ genus poſtulat, ut ſi quis docilem faciat auditorem, cum beneuolentiam cauſſa deſiderat, aut ſi principio utatur, cum inſinuationem res poſtulat.

Contra præcepta eſt quod nihil eorum efficit, quorũ cauſſa de exordijs præcepta treduntur, hoc eſt, quod eum qui audit, neque beneuolum, neque attẽtum, neque docilem reddit: aut quo profecto nihil peius eſt, ut contra ſit, facit.

F

Fabula.

Fabula, eſt in qua nec uere, nec uериſimiles res continentur. Ibidem

Facere contumeliam barbarum.

An ulla contumelia eſt quam facit dignus? Primum quid eſt dignus? Nam etiam malo digni multi, ſicut ipſe. An quam facit is qui in dignitate eſt? quæ autem poteſt eſſe maior? quid eſt porro facere contumeliam? quis ſic loquitur? Philip. 2.

Facetiæ.

Duo genera ſunt facetiarum, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue: Illa cauillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt. De orat. 2

Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Vtroque utetur, ſed altero innarrando mittendoque ridiculo. In orato.

Quod facete dicitur, id alias in re, alias in uerbo facetias habet. De Orat. 2.

Facilitas, Procliuitas.

In bonis rebus, quod alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominatur, in malis procliuitas, ut ſignificet lapſionem. Tuſc. 4.

Facultates.

De Inuen.1. *Facultates, ſunt aut quibus facilius fit, aut ſine quibus aliquid confici con poteſt.*

Facile fieri uide in dictione Difficile. **Familia.**

pro Aulo Cecinna. *Quid enim facilius eſt, quam probari iis qui latine ſciant, in uno ſeruulo familiæ nomen non ualere? Familiam intelligimus quæ conſtat ex ſeruis pluribus, quoniam unus homo familia non eſt.*

De diuin.2. *Furorem uide in dictione* Sagire. **Fatum.**

Fatum id appello quod Græci Eimarmenin, *id eſt ordinem ſeriemque cauſarum, cum cauſſa cauſſam ex ſe gignat.* Ea *eſt ex omni æternitate fluens eternitas ſempiterna.* Paulo poſt. Ex *quo intelligitur ut* Fatum *ſit non id quod ſuperſtitioſe, ſed id quod phyſice dicitur, cauſſa æterna rerum, cur & ea quæ præterierant, facta ſint, et quæ inſtant, fiant, & quæ ſequuntur, futura ſint.*

Feriæ, Necia.

De leg.2. *Nec uero tam necia quæ a nece appellata ſunt, qua reſident mortui, quam cæterorum cęleſtium quiete dies, feriæ nominarentur.* **Fides, Fidelis, Fideliter.**

Fides, eſt firma opinio.

In para. *Fundamentum autem iuſticiæ eſt fides, id eſt dictorum cenuentorumq́; conſtantia & ueritas.* Ex *quo cre*

Offici.1. *damus quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem.* Vnde illud Acyron, *ualetudinem fideliter inſeruiendo? unde in iſtum locum fideliter uenit? cui uerbo proprium*

In Epiſt. ad Tir. *domicilium eſt in officio: migrationes in alienum multæ.* Nam *& doctrina, & domus, & ars & ager etiam fidelis dici poteſt, ut ſit quomodo* Theophraſto *placet, uerecunda tralatio.* **Fidentia.**

Fidentia, eſt per quam magnis, & honeſtis in rebus

multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa ſpe collocauit.

Fidentia,id eſt firma animi confiſio,ſcientia quædam eſt & opinio grauis non temere aſſentiens. Metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. De Inuen.1

Finis & extremum bonorum.

Extremum & ultimum bonorũ omnium philoſophorum ſententia,tale debet eſſe,ut ad id omnia referri oporteat,ipſum autem nuſquam. Tuſ.4 *Firmamentum.*

Firmamentum,eſt firmiſſima argumentatio defenſoris & aptiſſima ad indicationem. De finib.1.

Firmamentũ,quod cõtra ad labefactandam rationẽ refertur,ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. De Inuen.2. *Forma.*

Forma,eſt notio,cuius differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. In Top. *Formido.*

Formido,eſt metus permanens. *Fortitudo.*

Fortitudo,eſt uirtus,quæ malis uenientibus obſtat. Tuſ.4.

Fortitudo,eſt conſiderata periculorum ſuſceptio,& laborum perpeſſio. In par. De inuen.2.

Eius partes,Magnificentia,Fidentia,Patientia,Perſeuerantia.

Probe definitur à Stoicis Fortitudo,cum eam uirtutem eſſe dicunt propugnantem pro æquitate. Officio.1

Fortitudo, eſt animi affectio legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans: uel conſeruatio ſtabilis iudicij in ijs rebus,quæ formidoloſæ uidentur,ſubeundis & repellendis:uel ſcientia rerum formidoloſarum,contrariarumq́;,aut omnino negligendarum, conſeruans earũ rerum ſtabile iudiciũ:uel breuius, ut Chryſippus. Nam ſuperiores definitionis erant Sphæri hominis imprimis bene definientis,ut putant Stoici. Sũt enim oĩno Tuſ.4.

D ii

omnes fere ſimiles,ſed declarant cõmunes notiones alia. magis alia. Quomodo igitur Chryſippus? Fortitudo eſt,inquit, ſcientia perferendarum rerum, uel affectio animi in patiendo ac perferendo ſummæ legi parens ſine timore. Fortunam uide in dictione Caſus.

Frugalitas,Frugi.

Ibidem Ex quo intelligitur quis ſit ille, quem tum moderatum,alias modeſtum & temperantem,alias conſtãtem continentemque dicimus.Nonnunquam hæc eadem uocabula ad frugalitatis nomen tanquam ad caput referre uolumus. Quod niſi eo nomine uirtutes continerentur,nunquam illud ita peruulgatum eſſet, ut iam prouerbij locum obtineret,hominem frugi omnia recte facere. Vide temperans.

Fulmen.

Ex nubium conflictu ardor expreſſus,ſe emittens, De diuin.2. fulmen eſt.

Furiæ.

Furiæ,deæ ſunt ſpeculatrices,& uindices & faci- De.na.de 3. norum & ſceleris.

Furor.

De diuin.2. Ineſt animis præſagitio extrinſecus iniecta,atque incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, quũ à corpore animus abſtractus,diuino inſtinctu con- Tuſc.3 citetur. Furor,mentis eſt ad omnia cæcitas.

Plura uide in dictione Mania.

G

Gaudium,Libido.

Tuſ,queſ.1. Itemque cum ita mouemur, ut in bono ſimus aliquo,id dupliciter contingit.Nam cũ animus ratione mouetur placide atque conſtanter,tum illud gaudium dicitur.Cum autem inaniter & effuſe animus exultat,tum illi lęticia ge

ſtiens uel nimia dici poteſt: quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem.

Gentiles.

Gentiles, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt diminuti. In Top.

Genus id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Nam *genus eſt quod plures amplectitur partes, ut* Animal. De orat. 1. De Inuen. 1.

Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. In top.

Genera cauſarum uide in dictione Cauſſa.

Grammatica.

Grammatica, eſt poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborum interpretatio, pronunciandi quidã ſonus. De orat. 1.

Gratia.

Gratiam appellant, quæ in memoria & remuneratione officiorum & honorum, & amicitiarum obſeruantiam teneat. Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas cõtinetur. De Inuen. 2.

Gloria.

Gloria, eſt frequens de aliquo fama cum laude. Ibidem.

Gloria, eſt illuſtris ac peruagata multorum magnorum uel in ſuos ciues, uel in patriã, uel in omne genus hominum fama meritorum. Pro. M. mar

Ea eſt gloria & laus recte factorum, magnorumque in Remp. *meritorum, quæ cum optimi cuiuſque, tum etiam multitudinis teſtimonio comprobatur.* Philip. 1. Pro Seſt.

Bona fama bonorũ, uere ſola gloria nominari poteſt.

Eſt enim gloria ſolida quædam res & expreſſa non adumbrata. Ea eſt conſentiens laus bonorum: incorru- Tuſcu. 3

pta uox bene iudicantium de excellente uirtute: ea uirtuti reſonat, tanquam imago. Græcorum genera.

Pro.L.Flac. Tria Græcorum genera ſunt uere, quorum uni ſunt Athenienſes, quæ gens Ionum habetur: Æoleis alteri, Doreis tertij nominabantur.

H

Habitus.

De Inuen.2 Habitum autem appellamus animi aut corporis conſtantem & abſolutam aliqua in re perfectionem, ut uirtutis aut artis perceptionem alicuius, aut quanuis ſcientiam, item corporis aliquam cõmoditatem non natura datã, ſed ſtudio & induſtria comparatam. Hercules.

De natura deor.3 Quem potiſſimum Herculem colamus ſcire ſane uelim. Plures enim tradunt nobis ij qui interiores ſcrutãtur & reconditas literas, antiquiſſimum Ioue natum, ſed antiquiſſimo item Ioue. Nam Ioues quoq; plures in priſcis Græcorum literis inuenimus. Ex eo igitur & Liſyto eſt is Hercules quem concertauiſſe cum Appolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Ægyptius, quẽ aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius eſt ex Idæis digitis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis eſt Aſteriæ Latonæ ſororis, quem Tyrij maxime colunt, cuius Carthagmem filiam ferunt. Quintus in India qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcumena quem Iupiter genuit, ſed tertius Iupiter, quoniam ut iam docebo plures Ioues etiam accepimus. Hæreditas.

In Top. Hæreditas, eſt pecunia quæ morte alicuius ad quẽpiam peruenit iure, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. Hiſtoria.

Hiſtoria,eſt geſta res ab ætatis noſtræ memoria remota.Hiſtoria,teſtis temporum et lux ueritatis,uita memoriæ,magiſtra uitæ,nuncia uetuſtatis. Homo. De inuen.1. De ora.2

*Homo,animal eſt mortale,rationis particeps.Animal prouidum,ſagax,multiplex,acutum memor,plenum rationis & conſilij,quem uocamus hominem.*Homologia, *id eſt conuenientia.* Honos,Honoratus. Acad.q.1. de leg.1. De finib.3

Cum honos ſit præmium uirtutis iudicio ſtudioque ciuium delatum ad aliquem:qui eum ſententijs, qui ſuffragijs adeptus eſt,is mihi & honeſtus, & honoratus uidetur. Honeſtum. De clari.or.

Honeſtum,*eſt quod poſſit ipſum propter ſe iure laudari,quod per ſe,ſua ui,ſua natura,ſua ſit ſponte laudabile.*Honeſtum *aut ipſa uirtus eſt,aut res geſta uirtute.* Honeſtum *quod eſt ſimplex,quoddam, & ſolum & unum bonum.*Honeſtatis *duæ ſunt partes, quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præſtantia cernitur.Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ.* De finib.2 De finib.3. Acad.2. Offici.2.

Honeſte,*id eſt cum uirtute uiuere.* Horizontes. De.finib.3

Illi orbes,qui cœlum quaſi medio diuidunt & aſpectum noſtrum definiunt,à Græcis horizontes,à nobis finientes rectiſſime nominari poſſunt. Hoſtis. De diuina.2

Qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis uocabatur. Hoſtis *apud maiores noſtros is dicebatur: quem nunc peregrinum dicimus.Id nomen durius iam efficit uetuſtas.A peregrino enim receſſit, & proprie in eo qui contra ferret arma,remanſit.* Humari. Offici.1

In terram cadentibus corporibus,hiſq; humo tectis, ex quo dictum eſt humari,ſub terra cenſebant reliquam Tuſ.1

uitam agi mortuorum. Vide plura in dictione Siti.

Hyades.

De natura decor. 2 *Tauri caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus, has Græci ſtellas Hyadas uocitare ſuerunt. A pluendo ὕειν enim eſt pluere. Noſtri imperite ſuculas quaſi a ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatæ.*

Hyppallagen uide in uerbis mutatis.

I

Iactatio.

Tuſ. 4 *IActatio, eſt uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius.*

Iambus.

In orat. *Iambus eſt e breui & longa.*

Ianus.

De nat. d. 2 *Cum in omnibus rebus uim haberent maximam prima & extrema, principem in ſacrificando Ianum eſſe uoluerunt, quod ab eundo nomen eſt ductum: ex quo tranſitiones perui æ Iani, foreſque in liminibus prophanarum ædium ianuæ nominantur.*

Idea.

Tuſcu. 1. *Ideam appellat Plato, ſpeciem nos.*

Acad q. 1. *Idem a Platone ita nominatam, nos rectè ſpeciem poſſumus dicere.*

Ideæ.

In orato. *Perfectæ eloquentiæ ſpeciem animos uidemus, effigiem auribus quærimus. Has rerum formas appellat ideas Plato, eaſque gigni negat, et ait ſemper eſſe ac ratione & intelligentia contineri.*

Ignoſcere.

Ad Brutum *Sed ſceleris pœnam prætermittere, id enim eſt, quod uocatur ignoſcere.*

Imago.

De Inuen. 1 *Imago, eſt oratio demonſtrans corporum aut naturarum ſimilitudinem.*

Imperator.

De orat. 1. *Imperator, eſt adminiſtrator belli gerendi.*

Impulſio pars cauſæ coniecturalis.

Impulſio, eſt quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid ortatur: ut amor iracundia, ægritudo, uinolentia, & omnino omnia in quibus animus ita uidetur affectus fuiſſe, ut rem perficere cum conſilio, & cura non potuerit, & id quod fecit impetu quodam potius, quam cognitione fecerit. De inuen. 2

Imprudentia pars purgationis.

Imprudentia, eſt cum ſciſſe aliquid, is qui arguitur, negat. Ibidem,

Inanimatum.

Inanimatum, quod motu agitur externo. De ſomnio Scipionis,

Inciſa, membra, periodus.

Videamus quæ ſint illa quæ ſupra dixi inciſa, quæ membra: hæc enim in ueris cauſis maximam partem orationis obtinent. Conſtat enim ille ambitus & plena comprehenſio e quatuor fere partibus quæ membra dicimus, ut aures impleat, & ne breuior ſit quam ſatis ſit, neque longior, quamquam utrunque nonnunquam uel potius ſæpe accidit, ut aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedēdum, ne breuitas defraudaſſe aures uideatur, neue longitudo obtudiſſe. Paulo poſt. E quatuor igitur quaſi exametrorum inſtar uerſuum quod ſit, conſtat fere plena comprehenſio. His igitur ſingulis uerſibus quaſi modi apparent continuationis, quos in ambitur coniungimus. Sin membratim uolumus dicere, inſiſtimus. Quæ commata Græci uocant, nos inciſa dicimus. Quod colon illi, nos membrum. In orat.

In præpoſitio, inclytus, inſanus. In orat.

Inclytus dicimus breui prima litera, inſanus producta, inhumanus breui, infœlix longa. Quibus in uerbis hæ primæ literæ ſunt, quæ in ſapiente atque fœlice

Digitized by Google

productè dicitur, in cæteris omnibus breuiter.

De inuen.2 **Incolumitas.**

Incolumitas, eſt ſalutis tuta atque integra conſeruatio. **Indices, Syllabi.**

Epi.ad at.4 *Imperes ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos uos Græci, ut opinor, Syllabos appellatis.*

Indigentia.

Tuſcu.4. *Indigentia, eſt libido inexplebilis.* **Indignatio.**

De inuen.2. *Indignatio, eſt oratio per quam conficitur ut in aliquem hominem magnũ odium, aut in rem grauis offenſio concitetur.* **Inductio.**

De inuen.1 *Omnis igitur argumentatio, aut per inductionem tractanda eſt, aut per ratiocinationem. Inductio, eſt quę rebus non dubijs captat aſſenſionem eius qui cum inſtituta eſt, quibus aſſenſionibus facit, ut illi dubia quædam res propter ſimilitudinem earum rerum quibus aſſenſit, probetur. Similitudo ex pluribus perueniens quo uult,* In Top. *appellatur inductio, quæ Græce paragoge nominatur.*

Ineptus.

De ora.2 *Ergo me Hercule ex omnibus Latinis uerbis huius uerbi uim uel maximam ſemper putaui, quem enim nos ineptum, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus. Idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet nõ uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat aut eorum quibuſcũ eſt uel dignitatis, uel cõmodi ratione non habet, aut deniq; in aliquo genere, aut incõcinnus aut multus eſt, is ineptus dicitur. Paulopoſt, qui temporis, qui loci qui hominum non habet rationem, uidetur ineptus.*

Ingenioſi qui ſint uide in animi partibus.

Inbibere.

Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſplicet. Eſt enim totum uerbum nauticum: quã quam id quidẽ ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iuſſi, id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad uillam noſtram nauis appelleretur: non enim ſuſtinent ſed alio modo remigant. Inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad pupim. 13.ep.ad at

Inertes.

Artibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. De finib.2

Inhoſpitalitus.

Inhoſpitalitas, opinio eſt uehemens ualde fugiendũ hoſpitem, eaque inhærens & penitus inſita. Tuſ.4

Inimicus, Competitor.

Cum ciuiliter contendimus: aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi cõpetitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt: cum altero capitis & famæ. Offi.1

Inimicitia.

Inimicitia, eſt ita ulciſcendi tempus obſeruans. Tuſ.4

Innocens.

Innocens is dicitur, non qui nocet leuiter, ſed qui nihil nocet. Tuſ.5

Innocentiam uide in dictione Tẽperans.

Inſania.

Inſania, mens eſt uacua tranquilitate conſtantiaq́. Tuſ.3
Nomen *inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem et morbum, id eſt inſanitatem & ægritudinem animi: quam appellant inſaniam.* Omnes *autem perturbationes animi morbos philoſophi appellant.* Ibidem

Inſcientiam uide in dictione Scientia.

Inſinuationem uide in dictione Principium.

Intelligentia.

eum doleat his frui, inuidet profecto. Ira.

Ira, eſt libido puniendi eius qui uidetur læſiſſe iniuria. Iracundia, *ulciſcendi libido.* Ibidem.

Iracundia, cupiditas puniendi doloris. Tuſ. 3. De orat. 2.

Irati proprium.

Proprium irati eſt cupere a quo læſus uideatur, ei quam maximum dolorem inurere. Iocundus, Iratus. Tuſ. 3.

Eſt aliud iracũdum eſſe, aliud iratum eſſe, ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij qui anguntur, ut inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Inuidi & maleuoli, liuidi & timidi & miſericordes, quia procliues ad eas perturbationes ſunt non quia ſemper ferantur. Iron. Tuſ. 4.

Simulatorem Irona *Græci uocauerunt.* Ithycon. Officiorũ. 1

Ithycon *Græci uocant, ad naturam, & ad mores & omnẽ uitæ conſuetudinem accõmodatũ.* Iudicatio. In orat.

Iudicatio eſt, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis naſcitur controuerſia. Iudicatum. De inuen. 1.

Iudicatum eſt de quo alicuius aut aliquorũ iam ſententijs inſtitutum eſt. De Inuen. 2.

Iudicatum, eſt res aſſenſione aut autoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata Generibus *ſpectatur tribus, religioſo, communi. approbatio.* De Inuen. 1

Iudicia æqua.

Illa definitio iudiciorum æquorum, quæ nobis à maioribus tradita eſt, retineatur: ut in iudicijs & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Pro. Au. Cl

Iudicia priuata ſummæ. Exiſtimationis. Pro Roſcio. comoedo.

Siqua enim ſunt iudicia priuata ſummæ exiſtimatio-

nis & pene dicam capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. Æque enim perfidioſum & nepharium eſt fidem frangere, quæ continet uitam: & pupillum fraudare, qui in tutellam peruenit: & ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit.

Iudiciale genus.

de Inuē, I. *Iudiciale genus eſt, quod poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem & defenſionem, aut petitionem & recuſationem.*

Iuno.

De na.d.2 *Iunonem à iuuando credo nominatam, quæ eſt ſoror & coniunx Iouis.*

Iupiter.

Iupiter, id eſt iuuans pater, quem conuerſis caſibus à iuuando appellamus Iouem, à poëtis pater diuumque hominumq; dicitur, à maioribus autem noſtris optimus maximus: et quidem ante optimus, id eſt beneficentiſſimus, quam maximus, quia maius eſt certeq; gratius prodeſſe omnibus, quam opes magna habere.

Ioues.

De nat.d.3 *Principio Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundū natos in Archadia: alterum patre æthere, ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt & Liberum. Alterū patre Cœlo, qui Mineruam genuiſſe dicitur, quam principem & inuentricem belli ferunt. Tertium Cretenſem Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur.*

Ius.

Pro Cecina. *Iure ſublato, nihil eſt quare exploratum cuiquā poſſit eſſe, quid ſuum, aut quid alienum ſit, nihil eſt quod æquabile inter omnes atque unum omnibus eſſe poſſit.*

Ius.

In par. *Iuris eſt nobis omnis ratio explicanda: Quod diuiditur in duas partes primas, naturam atque legem, & utriuſque generis uis in diuinum & humanum ius eſt*

diſtributa. Quorum æquitatis eſt unum, alterum religionis. Æquitatis autem uis duplex. Cuius altera directi & ueri, & iuſti, & ut dicitur, æqui & boni ratione defenditur. Altera ad uiciſſitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Atque hæc comunia ſunt naturæ, atque legis: ſed propria legis, & ea quæ ſcripta ſunt, & ea quæ ſine literis, aut gentium iure, aut maiorum more retinentur. Scriptorum autem priuatum aliud eſt, publicum aliud. Publicum, lex, ſenatuſconſultum, fœdus. Priuatum, tabulæ, pactum, conuentum, ſtipulatio. Quæ autem ſcripta non ſunt, ea aut conſuetudine, aut conuentis hominum, aut quaſi conſenſu obtinentur. Atque etiã hoc imprimis ut noſtros mores legeſque tueamur, quodammodo naturali iuræ præſcriptum eſt.

Ius adoptionis.

Ius adoptionis eſt, ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſſit, & cum potuerit: ſit expertus. Pro do. ſua ad pontifi.

Ius ciuile.

Ius ciuile eſt æquitas conſtituta his qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. In Top.

Ius ciuile par diſinitionem partitionis. Ibidem

Ius ciuile, id eſt quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit.

Iuris ciuilis finis.

Sit in iure ciuili finis hic, legitime atque uſitate in rebus cauſiſque ciuium æqualitatis conſeruatio. De orato. 1

Conſuetudinis ius.

Conſuetudinis ius eſſe putatur, id quod uoluntate de Inuen, 2

omnium ſine lege uetuſtas comprobauit. In ea autem iu ra ſunt quædam ipſa iam certa propter uetuſtatē. Quæ uero in genere & alia ſunt multa, & eorum multo maxima pars, quæ prætores edicere conſueuerunt. Quædam autē genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt, quod genus pactum, par, iudicatum. Ius conſuetudine.

Ibidem. *Ius conſuetudine, eſt quod aut leuiter a natura tractum aluit, et maius fecit uſus: ut religionem, aut ſi quid eorum, quæ ante diximus, à natura profectum, maius factum propter conſuetudinem uidemus. Aut quod in morem uetuſtas uulgi approbatione perduxit, quod genus paſtum, par, iudicatum.* Lege ius.

Ibidem. *Lege ius, eſt quod in eo ſcripto quod populo expoſitum eſt, ut obſeruet, continetur.* Natura ius.

Ibidem *Natura ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam nata uis inſeruit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam, ueritatem.*

Ibidem. *Naturæ ius, quod nobis non opinio, ſed quædam innata uis affert, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam, ueritatem.* Iuriſconſultus.

De orat. 2 *Iuriſconſultus, qui legum & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate utuntur, & ad reſpõdendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt.* Iuſticia.

de legi. 1. *Iuſticia, eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutiſque populorum.*

Iuſtitia, eſt quæ ſuum cuique diſtribuit.

De nat. d. 3. *Iuſtitia, eſt habitus animi, communi utilitate conſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem. Eius initium eſt à natura profectum.* Iuſiurandum.

Officior. 3 *Iuſiurandum, eſt affirmatio religioſa.*

L

Labor.

LAbor, eſt functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis & muneris. Tuſ.q.2.

Laborare, Dolere.

Aliud eſt laborare, aliud dolere. Cum narices ſecabantur C. Mario, dolebat. Cum æſtu magno ducebat agmen, laborabat: eſt inter hæc quædam tamen ſimilitudo. Conſuetudo enim laborum, perpeſſionem dolorum efficit faciliorem. Ibidem.

Lætitia.

Lætitia, eſt uoluptas animi elata & geſtiens. Tuſc.q.3.

Lætitia, eſt opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe uideatur. Tuſ.q.4.

Lamentatio.

Lamentatio, eſt ægritudo cum eiulatu. Ibidem

Lareis uide in dictione Demones.

Largorum genera.

Omnium largorum duo ſunt genera, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Officiorũ.2.

Hæc genera uide ſuo ordine.

Lẽmata, Prolepſis.

Sed domus tibi iſtas duas ſumptiones, ea Lẽmata appellant Dialectici, ſed nos latine loqui malumus: præſento tamen, quam Prolepſim ijdem uocant, non dabitur. De diuin.2

Leſſum.

Ne mulieres Leſſum funeris ergo habento, hoc ueteres interpretes, Sextus Ælius, L. Acilius non ſatis ſe intelligere dixerunt, ſed ſuſpicari ueſtimenti aliquod genus funebris, Lælius Leſſum quaſi lugubrem eiulationem, ut uox ipſa ſignificat, quod eo magis iudico uerum eſſe, quia lex Solonis id ipſum uetat. de legi.2.

Leucothea.

Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicatur, cum De nat.d.3.

ſit Cadmi filia. Lex.

De leg. 2. Lex, eſt ratio, menſque ſapientis, ad iubendum, & ad deterrendum idonea. Paulopoſt. Lex uera atque princeps, apta ad iubendum & ad uetandum, ratio eſt recta ſummi Iouis.

De na.d. 2 Lex, eſt recti præceptio, prauique depulſio.

Philip. 11. Eſt enim lex nihil aliud niſi recta & a numine deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens cōtraria.

de leg. 1. Lex, eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria. Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. Itaque arbitrantur prudentiam eſſe legem, cuius ea uis ſit, ut recte facere iubeat, uetet delinquere, eamque rem illi Græco putant nomine ſuum cuique tribuendo appellatam, ego uero a deligendo. Nam ut illi æquitatis, ſic nos delectus uim in lege ponimus. Paulopoſt. Populariter interdum loqui neceſſe erit, & appellare eam legem, quæ ſcripto ſancit, quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgus appellarit.

Lex, eſt naturæ uis, mens, ratioque prudentis iuris atque iniuriæ regula. Leges.

De lege. 1 Conſtat profecto ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, uitamque hominum quietam, & beatā conditas eſſe leges, eoſque qui primum eiuſmodi ſcita ſanxerunt, populi oſtendiſſe ea ſe ſcripturos atque laturos, quibus illi aſcriptis ſuſceptiſque honeſte beateque uiuerent, quæque ita compoſita, ſancitaque eſſent, eas leges uidelicet nominarunt. Libera, Ceres.

Act. 7 Ver. 6 Inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eo-

rum inſitum, atque innatum eſſe uideatur: Nam & natas eſſe has in his locis deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam uocant, ex Ennenſium nemore: qui locus quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. Vmbilicus

Liberum uide in dictione Bacchus.

Liberales.

Liberales ſunt, qui ſuis facultatibus, aut captos a prędonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſſa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, uel in re quærenda uel augenda. Offici.2.

Liberalitatis duplex eſt ratio, aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Offi.2

Libertas.

Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelis. In par.

Libido.

Libido, eſt opinio uenturi boni, quod ſit ex uſu iam præſens eſſe, atque adeſſe. Quæ aduerſus rationẽ incitata eſt uehementius appetitio, ea libido eſt, uel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Tuſ.4

Libido, Diligentia.

Diſtingunt etiam illud, ut ſit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibuſdam, quæ Categoremata dialectici appellant, ut auere diuitias, cupere honores. Diligẽtia, libido rerum ipſarum eſt, ut honorum, ut pecuniæ. Ibidem.

Libidinis partes.

Subiecta ſunt libidini, ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium & cætera eiuſmodi. Ibidem.

Liceo.

Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum, inſtitutiſque conceditur. Phi.13

Mihi contra non ſulum eo uidetur miſer, quod ea fe- Tuſ.5

cit,ſed etiam quod ita ſe geſſit,ut ea facere ei liceret:et ſi peccare nemini licet. Sed ſermonis errore labimur,id enim licere dicimus,quod cuique conceditur. Lictor.

Epi.ad Quĩ tũ fratrẽ.1. *Lictor,apparitor qui præferebat faſces ac ſecures.*

Litus.

Epi.ad Bru. *Cicero primum inſtituiſſe legitur,ut litus ſit quouſque maximus fluctus à mari excurrit:quequidem equoris effuſio maxima,quando hyeme fere conſpicitur,exiſtimatũ eſt pelagi noſtri litus dici oportere,quatenus hybernis fluctibus maximis excurrit.*

In Top. Solebat Aquilius *litus ita definire, qua fluctus eluderet.* Lituus.

De diui.1 *Qui,quidem* Romuli *lituus,id eſt incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum,quod ab eius litui quo canitur,ſimilitudine nomen inuenit.* Alibi.*Clariſſimum eſt inſigne auguratus,lituus.* Locus,Tempus.

Officior.1 *Locum actionis,opportunitatem temporis eſſe dicunt* Stoici.*Tempus autem actionis opportunum* Græce Eucharia,*latine appellatur occaſio.* Loci.

In top. *Locos noſſe debemus,Sic enim appellatæ ab* Ariſtotele *ſunt hæ quaſi ſides, e quibus argumenta promuntur.Itaq; licet definire,locum eſſe argumenti ſedem.*

In parti. *Loci,in quibus latent argumenta.*

Locus extrinſecus,qui abeſt,longeq; disiunctus eſt.

In Top. *A toto,quando definitio adhibetur, quæ quaſi inuolutum euoluit id,de quo quæritur.* Loci argumentorum.

De orat.2. *Quicquid in oratione ſumitur ad probandum aut ad refellendum:aut ex ſua ui atque natura, aut aſſumi foris ſolet.Ex ſua ui,cum aut res quæ ſit tota quæritur, aut pars eius aut uocabulum quod habeat, aut quippiã*

rem illam quod attingat. Extrinſecus autẽ,*cum ea quæ ſunt foris,neque inhærent in rei natura,colliguntur.* Vide Argumentum.

Loci.

Loco appellat Ariſtoteles,quaſi argumentorum notas,unde omnis in utranque partem traheretur oratio. In orat.

Loci communes.

Rerum illuſtrium diſputationes,& ſingularum rerum,laudes uituperationeſq́ ,cõmunes appellãtur loci. De cla. ora.

Communes loci appellati,eo quod uidentur multarum ijdem eſſe cauſarum. In orato.

Conſequuntur illi loci, qui quia de uniuerſa re tractari ſolent, communes à ueteribus nominati ſunt:quorum partim habent uitiorum et peccatorum acrem quã dam cum amplificatione incuſationem,aut querelam cõtra quam dici nihil ſolet nec poteſt. Alij habent deprecationem,aut miſerationem. Alij uero ancipites diſputationes,in quibus de uniuerſo genere in utranque partem diſſeri copioſe licet. De orat.3.

Logice.

Logice,philoſophiæ pars eſt quærendi ac diſſerendi. Totaque eſt quæſtio logice,quam rationem diſſerendi uoco. De fini.1 De fato

Longi uerſus.

Heroicos uerſus longos appellat Ennius. De leg.2

Lucifer.

Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris quę Phoſphoros græce, Lucifer latine dicitur,cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem Heſperos. De nat.d.2

Luctus.

Luctus,eſt ægritudo ex eius qui charus fuerit,interitu acerbo. Tuſ.4.

Lunam uide in dictione Diana.

M

Magiſtratus,Leges.

De leg.3 Videtis magiſtratus hanc eſſe uim, ut præſit, præſcribatque recta, & utilia, & coniuncta cum legibus: ut enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereque dici poteſt magiſtratum eſſe legem loquentem: legem autem mutum magiſtratum.

Tuſc.q.4 Magnanimus, Fortis.

Conſtantem uolumus quendam, ſedatum, grauem, humana omnia prementem, illum eſſe, quem magnanimum & fortem uirum dicimus.

Magnificentia.

De inuen.2. Magnificentia, eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam, & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio.

Maieſtas P.R.

In para. Maieſtas, eſt magnitudo quædam Populi Romani in eius poteſtate, aut iure retinendo.

Maledictio.

Pro Celio Maledictio nihil habet propoſiti, præter contumelliam: quæ ſi petulantius iactatur, conuicium, ſi facetius, urbanitas uocatur.

Maleuolentia.

Tuſ.4 Maleuolentia, eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.

Male uiuere.

Male, id eſt praue, nequiter, turpiter.

Malitia.

De finib.2 De finib.3. Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Eſt enim malitia, uerſuta & fallax ratio nocendi.

De nat.d.3 Vide Vitioſitatem.

Mania, Stultitia. Furor.

Tuſ.4 Græci maniam unde appellent non facile dixerim. Eam tamen diſtinguimus melius quam illi: hanc enim inſaniam quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, à furore diſ-

iungimus, Græci uolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo: quem nos furorem, melancoliam illi uocãt. Quaſi uero atrabili ſolum mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Quo genere Atamantem, Alcmeonem, Aiacem, Oreſtem furore dicimus. Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum uetant duodecim tabulæ. Itaque non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt inconſtantiam ſanitate uacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communem cultum, atque uſitatum. Furorem autem rati ſunt, mentes ad omnia cæcitatem, quod maius eſt quam inſania.

Mantice.

Mantice, eſt diuinatio. De leg. 2

Sequitur mantice ueſtra, quæ latine diuinatio dicitur.

Materia artis. De natura deor. 1

Materiam artis eum dicimus, in qua omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte, uerſatur. Vt ſi medicinæ materiam dicamus morbos ac uulnera, quod in his omnis medicina uerſatur. De Inuen. 1

Materia, ex qua quæque res efficiantur. De finib. 1

Matuta.

Leucothea nominata à græcis, matuta habetur a noſtris. Tuſc. q. 1

Mauors.

Mauors, qui magna uerteret, nominatus eſt. De nat. de. 2

Medietates.

Bina media, uix enim audeo dicere medietates, quas Græci Meſotitas appellant. De uniuer.

Memoria.

Memoria, eſt firma animi rerum ac uerborum ad inuentionem perceptio. De inuen. 1

Memoria, eſt per quã animus repetit illa, quæ fuerũt. De Inuen. 2

Menſis.

De natura deor. 1 Curſus Lunæ, quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.

De uniuer. Menſis, quando Luna luſtrato ſuo curſu, ſolem conſecuta eſt.

Mercurius.

De.na.de 3. Mercurius uno cœlo patre, die matre natus, cuius ob ſcœnius excitata natura traditur, quod aſpectu Proſerpinæ commotus ſit. Alter Valentis et Phoronidis filius, is qui ſub terris habetur idem Trophonius. Tertius Ioue tertio natus & Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Ægyptij nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatę, qui argutum inueniſſe, & Argum dicitur interemiſſe, ob eam que cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægyptijs leges et literas tradidiſſe. Hunc Ægyptij Theutatem appellãt, eodem nomine anni primus menſis apud eos uocatur.

Metonymam uide in uerbis mutatis.

Metus.

Tuſ.4. Earum rerum eſt abſentium metus, quarum præſentium eſt ægritudo.

Tuſ.2. Metus, eſt opinio magni mali impendentis, quod intolerabile uideatur.

Tuſcu. 3 Metus, eſt futuræ ægritudinis ſollicita expectatio.

Metus partes.

Tuſ.4 Sub metum autem ſubiecta ſunt, pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Partes uide ſuo ordine.

Minerua.

De nat.de.2 Minerua, quæ uel minueret, uel minaretur, nominata eſt.

Mineruæ.

De nat.de.3 Minerua prima quam Apollinis matrem diximus. Secunda orta Nilo quam Ægyptij Salete colunt. Ter-

tia illa quam Ioue generatam diximus. Quarta nata Ioue & Coriphe Oceani filia, quam Arcbades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricē ferunt. Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur intermiſſe, uirginitatem ſuam uiolare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. Miſericordia, Inuidentia.

Miſericordia, eſt ægritudo ex alterius rebus aduerſis, Inuidentia, eſt ægritudo ex alterius rebus ſecundis. Tuſco.3.

Miſericordia, eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. Modeſtia. Tuſc.4.

Modeſtia, per quam pudor honeſtus claram, & ſtabilem comparat autoritatem. Definitur à Stoicis modeſtia, ſcientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur loco ſuo collocandarum. Paulopoſt. Media hæc, quam interpretamur, ſcientia eſt opportunitatis idoneorum ad agendum temporum, ſed poſt eadem eſſe prudentiæ definitio. Modeſtia, Temperantia. De Inuen..2. Officio.1

Modeſtia uel Temperantia, eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. Mœror. De finib.2

Mœror, eſt ægritudo flebilis. Moleſtia. Tuſcu.4.

Moleſtia, eſt ægritudo permanens. Iuno Moneta. Tuſc.4.

Iuno Moneta à monendo dicta eſt. Morbus.

Morbum appellant Stoici totius corporis corruptionem. Morbi, Ægrotationes. De diuin.2 Tuſ.4

Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur, quæ uocant illi noſemata, eaq; quæ ſunt eis morbis contraria. Deinde ægrotationes, quæ appellantur a Stoicis arroſtemata, hiſque item oppoſitæ contrariæ offenſiones. Mors. Ibidem

Mors, eſt animi diceſſus a corpore. Motus. Tuſc.1

In par. *Motus, eſt animi incitatio, aut ad uoluptatem aut ad moleſtiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem. Tot enim ſunt motus genera, partes plures generum ſingulorũ. Quæ genera & partes uide ſuo ordine.*

Mulieroſitas.

Tuſ.4. *Mulieroſitas, Græce philogonia dicitur.*

Muſæ.

De nat.de.3 *Muſæ primæ quatuor natæ Ioue altero Theixinoe, Edarche, Melete. Secundæ Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem. Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ, & Antiopa, quas Pieridas & Pierias ſolent poetæ appellare, ijſdem nominibus eodem numero quo proximę ſuperiores.*

Myſtagogi.

Ac.in Ver.6 *Hi qui in ædibus ſacris hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt ducere ſolent, & unum quidque oſtendere; myſtagogi uocantur.*

Næuus.

De nat.de.3 *Næuus, eſt corporis macula.*

Narratio & eius genera.

De Inuen.1 *Narratio, eſt rerum geſtarum aut ut geſtarum expoſitio. Oportet eam tres habere res, ut breuis, ut aperta, ut probabilis ſit. Narrationum tria ſunt genera. Vnum genus, eſt in quo ipſa cauſſa, & omnis ratio controuerſiæ continetur. Alterum, in quo digreſſio aliqua extra cauſſam, aut criminationis, aut ſimilitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio de quo agetur, aut amplificationis cauſſa interponitur. Tertium genus eſt remotum à ciuilibus cauſis, quod delectationis cauſſa non inutili cum exercitatione dicitur & ſcribitur. Eius partes ſunt duæ. Quarum altera in negotijs, altera in perſonis maxime uerſatur. Ea quæ in negotiorum expoſitione poſita eſt, tres habet partes. Fabulam, hiſtoriam,*

argumentum: quas uide ſuis locis. Eſt enim narratio præteritarum rerum aut præſentium: Suaſio autem futurarum. In par.

Narratio, eſt rerum explicatio, & quædam quaſi ſedes ad fundamentum conſtituendæ fidei. Ibidem.

Narrationum proprium. In Top.

Narrationes ad ſuos fines ſpectent, id eſt ut planæ ſint, ut breues, ut euidentes, ut credibiles, ut moderatæ, ut cum dignitate. Quæ quanquam tota oratione eſſe debent, magis tamen ſunt propria narrandi.

Narrationes quales.

Narrationes ſint credibiles, nec hiſtorico, ſed prope quotidiano ſemone explicatæ dilucide. In ora.

Narratio perſpicua.

Erit autem perſpicua narratio, ſi uerbis uſitatis, ſi ordine temporum conſeruato, ſi non interrupte narrabitur. De ora. 2

Narratio probabilis. In part.

Probabilis erit narratio, ſi perſonis, ſi temporibus, ſi locis, ea quæ narrabuntur, conſentient, ſi cuiuſque facti & euenti cauſſa ponitur, ſi teſtata dici uidebuntur, ſi cum hominum opinione, cum autoritate, cum lege, cum more, cum religione coniuncta, ſi probitas narrantis ſignificabitur, ſi antiquitas, ſi memoria, ſi orationis ueritas, & uitæ fides.

Narratio ſuauis. Ibidem

Suauis autem narratio eſt, quæ habet admirationes, explicationes, exitus inopinatos, ſi interpoſitos motus animorum, colloquia perſonarum, dolores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates.

Natio.

Natio, dea quæ quia partus matronarum tueatur, a naſcentibus, Natio nominata eſt. De nat. de. 3

Natura.

De nat.de,2 Zeno naturam ita definit, ut iam dicat eſſe ignem artificioſum, ad gignendum progredientem uia. Paulo poſt. Alij naturam eſſe cenſent, uim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios. Alij autem uim participem rationis atque ordinis, tanquam uia progregientem declarantemque quid cuiuſque rei cauſſa efficiat, quid ſequatur.

De Inuen.1 Naturam ipſam definire difficile eſt. Partes autē eius enumerare, quarum indigemus ad hanc præceptionem, facilius. Hæ autem partim diuino, partim mortali in genere uerſantur. Mortalium autem pars in hoīm, pars in beſtiarum genere enumeratur. Atque hominum genus, & in ſexu conſyderatur, uirile an muliebre ſit, & in natione, patria, cognatione, ætate. Natione Graius an barbarus. Patria Athenienſis, an Lacedæmonius. Cognatione quibus maioribus, quibus conſanguineis. Ætate, puer an adoleſcens, natu grandior, an ſenex.

Naturæ diuiſio.

Acad.q.1. Natura diuiditur in res duas: ut altera ſit efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens, eaque efficitur aliquid.

Naturæ partes.

In Top. Natura partes habet duas, tuitionem ſui, & ulciſcendi ius.

Duo in natura quærenda.

De fini.3 In rerum natura duo quærenda ſunt, unum quæ materia ſit, ex qua quæque res efficiatur: Alterum, quæ ſit uis quæ quicque efficiat.

Neceſſitudo.

De Inuen.1 Puto eſſe hanc neceſſitudinem, cui nulla ui reſiſti poteſt, quæ neque mutari neque leniri poteſt.

Neceſſitudo pars purgationis.

Ibidem Neceſſitudo infertur, cum ui quadam reus id quod

fecerit, feciſſe defenditur. Neceſſe.

Neceſſe, id eſt ſine quo ſalui liberiue eſſe non poſſumus. In par.

Nenia.

Honoratorum uirorum laudes in concione memoratо, eaſque etiam ad cantus, ad tibicinem proſequantor, cui nomen Neniæ, *quo uocabulo etiam* Græcos *cãtus lugubres nominant.* De leg. 2

Neptunus.

Neptunus à nando, qui & Portunus à portu, Paulum primis literis immutatis. Nequitiam uide in dictione Temperans. De nat. de. 2

Nomen.

Nomen, eſt quod unicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio & certo uocabulo appellantur. De inuen. 2

Nomophilaces.

Nomophilaces dicti ſunt, qui literas & facta hominum obſeruabant, ad legeſque reuocabant. De leg. 3

Non ſcire.

Non ſcire quidem barbarum iam uidetur, ne ſcire dulcius. In orat.

Noſſe ſeipſum. *Illud* Gnothi ſeauton *noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, uerumetiam ut bona noſtra norimus.* Epi. ad Quintum fræ.

Notatio.

Notatio, cum ex ui nominis argumentum elicitur, quam Græci Etymologiam *uocant, id eſt uerbum ex uerbo ueriloquium. Nos autem nouitatem uerbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia ſunt uerba rerum notæ. Itaque hoc idem* Ariſtoteles Symbolum *appellat, quod latine eſt nota.* In Top.

Notio.

Notionem appello, quod Græci *tum* Enniam, *tum* Prolepſin *dicunt.* Ea *eſt inſita & ante percepta cuiuſque formæ cognitio, enodationis indigens.* In Top.

Intelligentiam aut notionem appellant Enniam. De finib. 3

Notitiæ.

Acad.q.1. *Notitias, Ennanias appellare ut uidebare.* Numerus.

Quicquid eſt enim, quod ſub aurium aliquam menſu-
In orato. *ram cadit, etiam ſi abeſt à uerſu (nam id quidem oratio nis eſt uitium) numerus uocatur, qui Græce Rythmos di citur.*

Numeroſum.

Ibidem *Atque id indicendo numeroſum putatur, non quod totum conſtat e numeris. Sed quod ad numeros proxime accedit.*

O

Obſcurum.

In par. *Obſcurum fit, aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione, atque immutatione uerborum.*

Obſeruantia.

De inuen.2 *Obſeruantia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur.*

Obtrectatio.

Obtrectatio eſt ea, quam intelligis Zelotypiam uolo,
Tuſ.4. *ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupiuerit.*

Occaſio.

Occaſio, pars temporis eſt, habens in ſe alicuius rei
de Inuen.2 *idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.*

Occatio.

De ſenec. *Terra cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen accepit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio, quę hoc efficit, nominata eſt.*

Odium.

Tuſ.4 *Odium, eſt ira inueterata.*

Officium.

Omnis de officio duplex eſt quæſtio, unum eſt quod
Offici.1 *pertinet ad finem bonorum. Alterum quod poſitum eſt in præceptis: quibus in omnes partes uſus uitæ confir-*

mari poſſit.. Atque etiam alia diuiſio eſt officij. Nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum. Perfectum autem officium, rectum opinor, uocemus, quod Græci Catorthoma *appellant.* Hoc *autem commune officium uocant.*

Quod ratione actum ſit, id officium appellamus. Quod ita factum eſt, ut eius facti probabilis ratio reddi poſſit. Paulo poſt. *Quoniam enim uidemus eſſe quiddam, quod recte factum appellemus, id autem eſt perfectum officium:* Erit *autem etiam inchoatum, ut ſi iuste depoſitum reddere, in recte factis ſit, in officijs ponatur, depoſitum reddere. Illo enim addito iuste facit recte factum; per ſe autem hoc ipſum reddere in officio ponitur. Officium appello* Cathicon. Ibidem

De.finib. 3

Omnia.

Non ſolum uoces deorum Pythagorei *obſeruaretur, ſed etiam hominum, quæ uocant omnia.* De diuin. 1

Omologia.

Quod Omologiam Stoici, *nos appellemus conuenientiam.* De finib. 3

Opinari.

Opinari, eſt aſſentiri rei uel falſæ uel incognitæ. Acad. q. 1

Opinatio.

Opinationem, quam in omnes definitiones incluſimus, uolunt eſſe imbecillem aſſenſionem. Tuſ. 4

Opinionem uide in dictione Scientia.

Oportet.

Eſt aliquid quod non oporteat, etiam ſi licet: quicquid uero non licet, certe non oportet. Pro. Cor. ba.

Oportere perfectionem declarat officij, quo & ſemper utendum, & omnibus. In orat. re.

Optimates.

Hæc eſt una uia dignitatis noſſe deſcriptionem ci-

uitatis à maioribus noſtris ſapiētiſſime conſtitutam: qui cum regiam poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creauerunt, ut conſilium ſenatus Reip. præponerent ſempiternum: deligerentur autem in id conſilium ab uniuerſo populo, aditúſque in illum ſummũ ordinem omnium ciuium induſtria ac uirtute pateret. Senatum Reip. cuſtodem, præſidem propugnatorem collocauerunt huius ordinis uti authoritate magiſtratus & quaſi miniſtros grauiſſimi conſilij eſſe uoluerunt. Senatum autem ipſum proximorum ordinum ſplendore confirmari, plebis libertatem & commoda tueri atque augere uoluerunt. Hæc qui pro uirili defendũt, optimates ſunt, cuiuſcunque ſint ordinis: qui autem præcipue ſuis ceruicibus tanta munera, atque Remp. ſuſtinent, ij ſemper habiti ſunt optimatum principes, autores ciuilitatis.

Vide dictionem Populares.

Optimum.

Quod omnes laudes habet, id eſt optimum. — De op. g. or.

Oracula. — In Top.

De diuin. 2 — Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt his deorum oratio. Oracula, ſunt ſortes quæ uaticinatione funduntur.

Oratio.

De Orat. — Loquutio omnis oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.

Partes orationis.

De inuen. 1. — Hæ partes ſex eſſe omnino nobis uidentur. Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Reprehenſio, Concluſio. Iubent Græci exordiri, ita ut eum, qui audiat, beniuolum nobis faciamus & docilem, & attentum: deinde rem enarrare, ita ut ueriſimilis narratio ſit, ut aperta, ut breuis. Poſt autem diuidere cauſſam aut proponere, noſtra — De orat. 1

re, noſtra confirmare argumentis, ac rationibus. Deinde contraria refetare. Tum autem alij concluſionem orationis, & quaſi perorationis collocant. Alij iubent anteſquam peroratur, ornandi, aut augendi cauſſa digredi, concludere, ac perorare.

Partes orationis hæ ſunt, Inuentio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, Pronuntiatio. **De inuen.**

Orationum genera.

Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in unam cadunt formam omnia, laudationum, ſcriptionum & hiſtoriarum, et talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit Panegyricum, multique alij qui ſunt cognominati Sophiſtæ, reliquarumque rerum formam, quæ abſunt à forenſis contentione, eiuſque totius generis, quod Græce Epidicticon nominatur, quod quaſi ad inſpiciendum, delectationis cauſſa comparatũ eſt. **In orat.**

Illuſtris Oratio & ſuauis.

Illuſtris Oratio eſt, ſi & uerba grauitate delecta ponuntur, ac tranſlata, & ſuperlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem ſignificantia, atque ab ipſa actione & imitatione rerum non abhorrentia. Eſt plus aliquanto illuſtre, quam dilucidum: altero fit ut intelligamus, altero uero ut uidere uideamur. Suaue erit genus dicendi, primum elegantia & iucunditate uerborum ſonantium & lenium: deinde coniunctione quæ neque aſperos habeat curſus, neq; diſiunctos atq; hiantes. Et ſit circunſcripta non longo anfractu, ſed ad ſpiritum uocis apto, habeatq; ſimilitudinem, æqualitatemq; uerborum, tum ex contrarijs ſumpta uerbis, crebra crebris, paria paribus reſpondeant, relataque ad idem uerbum, & geminata, atq; duplicata, uel etiam ſæpius ite- **In parti.**

rata põnatur, conſtructioque uerborum, tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. Fit etiã ſuauis oratio, quam aliquid aut inuiſum aut inauditũ, aut nouum dicas. Delectat enim quicqud eſt admirabile, maximeque mouet ea que motum aliquem animi miſceet oratio: quæ ſignificat orationis ipſius amabiles mores: qui exprimuntur in ſignificando iudicio ipſius ex animo humano ac liberali, aut influxione ſermonis, cum aut augendi alterius, aut minuendi ſui cauſſa, alia dici ab oratore, alia exiſtimari uidentur, idque comitate fieri magis quam uanitate.

Lumina Orationis.

In par. *Communia uerborum ſimplicium, coniunctorumque ſunt hæc quinque quaſi lumina, dilucidum, breue, probabile, illuſtre, ſuaue.*

In ora. *Orationis ſunt maxime luminoſæ & quæſi actuoſæ partes duæ: quarum alteram in uniuerſi generis quæſtione pono, quam ut ſupra dixi, Græci appellant Theſin, alteram in augendis amplificandis rebus, quæ ab eiſdem Auxeſis eſt nominata.*

Orationis ornamenta.

De orat. 1. *In orationis ornamentis præcipitur, primum ut pure & latine loquamur, deinde ut plane & dilucide, tũ ornate, poſt ad rerum dignitatem apte et quaſi decore.*

nI orat. *Suppellex quæ eſt in ornamentis, alia rerum, alia uerborum. Ornatus autem uerborum duplex: Vnus ſimplicium, alter collocatorum, Simplex probatur in propijs, uſitatiſque uerbis, quod aut optime ſonat, aut rem maxime explanat. In alienis, aut tranſlatum, aut factum aliunde, ut mutuo, aut factum ab ipſo, aut nouum, aut priſcum, & inuſitatum. Sed etiam inuſitata ac pri*

ſca ſunt in proprijs, niſi quod raro utimur. Collocata autem uerba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt, quod uerbis mutatis non maneat, manente ſententia. Nam ſententiarum ornamenta permanent, etiam ſi uerba mutaueris.

Orator.

Orator eſt, qui & uerbis aut audiendum iucundis, & ſententijs ad probandum accommodatis uti poſſit in cauſis forenſibus, atque communibus inſtructus uoce et actione, & lepore. De orat. 1 ex diſinitione anthonij.

Is erit orator mea ſententia hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda prudenter, & compoſite, & ornate, & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. Ibidem

Oratoris laudes.

Duæ ſummæ in oratore ſunt laudes, una ſubtiliter diſputandi ad docendum, altera grauiter agendi ad animos audientium permouendos. De cla. or.

Oratorum bonorum genera.

Oratorum bonorum duo genera ſunt, unum attenuate preſſeque, alterum ſublate ampleque dicentium. Ibidem

Oratoris officium.

Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodate, De orato. 1

Oratoris maxime proprium.

Vnum eſt oratoris maxime proprium, animum iudicis quocunque res poſtullet, impellere. De clari. or.

Oratoria uis dicendi.

Oratoria uis dicendi eſt explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ. Acad. q. 1

Oratoriæ officium & finis.

Officiũ oratoriæ facultatis eſſe uidetur, dicere appo- De inuen. 1

ſite ad perſuadendum finis, perſuadere dictione.

In orat. Oratorie dicere.

Mihil enim eſt aliud Brute, pulchre & oratorie dicere, niſi optimis ſententijs uerbiſque lectiſſimis dicere.

Ordo.

Officiorũ.2. Ordinem ſic definiunt Stoici, compoſitiotem rerum aptis & accomodatis locis.

Oſtenta uide in dictione Portena.

Pactum.

De inuen.1 Pactum, eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, ut iuri præſtare dicatur.

Palpebræ, Pupilla.

De nat, de, 2 Acies qua cernimus, quæ pupilla uocatur, ita parua eſt, ut ea quæ nocere poſſint, facile uitet: palpebræque, quæ ſunt tegmenta occulorum, molliſſimæ tactu ne læderent &c.

Par.

De Inuen..2 Par, quod inter omnes æquabile eſt.

Paradoxa.

In par. Paradoxa, admirabilia, contraque opinionem omnium. Quæ paradoxa Stoici, nos admirabilia uocamus.
De finib.4

Pars.

De Inuen.1 Parr, eſt quæ ſubeſt generi, ut equus: ſed ſæpe eadem res alij genus, alij pars eſt, nam homo animalis pars eſt.

Ibidem Pars, eſt quæ ſubeſt generi, ut cupiditati amor, auaritia.

Partes.

De orat.1. Partes, ſunt quæ generibus ijs, ex quibus emanant, ſubijciuntur.

Partitio.

De inuen. Recte habita in cauſſa partitio illuſtrem & perſpicuam totam efficit orationem. Eius partes duæ ſunt. Quarum utraque pertinet magnopere ad aperiendam cauſſam et conſtituendam controuerſiam. Vna pars eſt, quæ quid cum aduerſarijs conueniat, & quid in con-

trouerſia relinquatur, oſtendit. Ex qua certum quiddã deſignatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera, eſt in qua rerum earum de quibus erimus dicturi, breuiter expoſitio ponitur diſtributa. Quæ autem partitio rerum diſtributam continet expoſitionem. Hæc habere debet Breuitatem, Abſolutionem, Paucitatem. Hæc tria uide ſuo ordine.

Partitionis & Diuiſionis diſcrimen.

In partitione quaſi membra ſunt, ut corporis caput, humeri, manus, latera, crura, pedes &c. In diuiſione formæ ſunt, quas Græci Ideas uocant, noſtri ſi qui hæc fortè tractant ſpecies appellant, non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutãdos caſus in dicẽdo. Nolim enim ne ſi latine dici poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere, et ſæpe his caſibus utendum eſt at formis & formarum uelim. Cum autem utroque uerbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Formarum certus eſt numerus, quæ quique generi ſubijciantur. Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior tanquam riuorum a fonte deductio. In Top. Specierum Speciebus

Paronomaſia.

Paronomaſia, imitatio uerbi in litera poſiti. De orato. 2

Pathi.

Quæ Græci Pathi uocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quàm morbos. In his explicandis ueterem illam equidem Pythagoræ primum, deinde Platonis deſcriptionem ſequar. Tuſ. 4

Motus animi turbatos Græci Pathi nominant, appetitiones Ormas. De Inuen. 2

Patheticum.

Patheticum, eſt quo perturbantur animi & concitãtur, in quo uno regnat oratio. In ora.

Patientia.

Digitized by Google

De Inuen. 2 Patientia, eſt honeſtatis aut utilitatis cauſſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.

In parti. Patientia, uirtus quæ quod iam adeſt malum tolerat & perfert, Quæ autem hæc uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur. Pauor.

Tuſ. 4 Pauor, eſt metus mentem de loco mouens. Ex quo illud Ennij. Tum pauor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. Paucitas pars partitionis.

De Inuen. 1 Paucitas in partitione ſeruatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permixtè cum partibus implicantur.

Peccare.

In parad. Peccare, eſt tanquam tranſire lineas, quod cum feceris, culpa commiſſa eſt. Periuriam.

Offici. 3. Nõ falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut uerbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt. Penates, penus.

De nat. de. 2 Dij penates uel a penuducto nomine (eſt enim omne quo ueſcuntur homines, penus) ſiue ab eo quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales a poetis uocantur.

Penis.

Epi. ad Petum. Caudam antiqui penem uocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus: at hodie penis eſt in obſcœnis.

Penus uide in dictione penates. Pæon.

In orat. Pæon duplex eſt, nam aut e longa & tribus breuibus, aut totidem breuibus & longa.

De orat. 3. Pæon duplex eſt, nam aut a longa oritur, quam tres breues conſecuntur, aut totidem breuibus extrema producta atque longa.

Perduelle uide in dictione Hoſtis, & peregrinum ibidem.

Periodus.

Comprerenſio & ambitus ille uerborum (ſic enim periodum appellari placet) erat apud illum breuis & contractus & in membra quædam, quæ Cola Græci uocant, diſpertiebat orationem. De cla.orat.

Circulum orationis, quem Græci periodum, nos ambitum, tum circuitum, tum cõprehenſionem, aut continuationẽ, aut circumſcriptionem dicimus. Peripateticos uide in dictione Academici. In orato.

Perſeuerantia.

Perſeuerantia, eſt in ratione bene conſyderata ſtabilis, & perpetua permanſio. De Inuen.2.

Perſpicuitatem uide in dictione Energia.

Perturbatio.

Ita definit perturbationem Zeno, ut perturbatio ſit aduerſa rationi contra naturam animi commotio, uel breuius, ut perturbatio, ſit appetitus uehementior. Vehementior aut intelligatur is, qui procul abſit a naturæ conſtantia. Tuſ.4

Vtamur in his perturbationibus deſcribendis Stoicorum definitionibus, & partitionibus, quia mihi uidentur in hac quæſtione uerſari acutiſſime. Eſt igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit, quod pathos ille dicit, auerſa a recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam uero breuius, perturbationem eſſe appetitum uehementiorem dicunt, ſed uehementiorem uolunt eſſe, qui longius diſceſſerit à naturæ conſtantia. Ibidem

Perturbationes.

Nec uero perturbationes animorum, quæ uitam inſipientium miſeram acerbamque reddunt: quas Græci Pathos appellant. Poteram, ego uerbum ipſum inter- De finib.3.

pretans, morbos appellare: ſed non cōueniret ad omnia. Quis enim animam aut ipſam iracundiam morbum ſolet dicere? At illi dicunt Pathos: ſit igitur perturbatio, quæ nomine ipſo uitioſa declarari uidetur. Hæ perturbationes ui naturali mouentur, omneſque hæ ſunt genere quatuor, partibus plures. Ægritudo, formido, libido, quáquam Stoici comuni nomine corporis & animi Ido nin appellant. Ego malo lætitiam appellare quaſi geſtientis animi elationem uoluptariam.

Officior. 2 — Perturbationes, id eſt nimij motus animi rationi non obtemperantes. Perturbationes animi.

Tuſcu. 3 — Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt: nam duæ ſunt ex opinione boni. Quarum altera uoluptas geſtiens .i. præter modum elata lætitia opinione præſentis magni alicuius boni. Altera uel cupiditas rectè, uel libido dici poteſt: quæ eſt immoderata appetitio opinati magni boni, rationi nō obtemperans. Ergo hæc duo genera, uoluptas geſtiens & libido, bonorum opinione turbantur, ut duo reliqua, metus & ægritudo, malorum. Nam & metus opinio magni mali impendentis, & ægritudo eſt opinio magni mali præſentis, & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum uideatur eſſe angi, id autem eſt, ut is qui doleat, oportere opinetur ſe dolere.

Metus

Ibidem — Perturbationes animi græci Pathi appellant, ego poteram morbos, & id uerbum eſſet uerbo, ſed in conſuetudinem noſtram non caderet, nam miſereri, inuidere, geſtire, lætari, hæc omnia græci morbos appellant, motus animi rationi non obtemperantes, nos autem hos eoſdem motus concitati animi rectè (ut opinor) perturba-

ſiones dixerimus, morbos autem non ſatis uſitatè.

Perturbationum partes.

In perturbationibus ſingulis partes eiuſdem gene- gis plures ſubijciuntur, ut ægritudini inuidentia &c. Tuſ.4

Partes autem perturbationum uolunt ex duobus o- pinatis bonis naſci & ex duobus opinatis malis, ita eſ- ſe quatuor. Ex bonis, libidinem & lætitiam, ut ſit lętitia præſentium bonorum, libido futurorum. Ex malis me- tum & ægritudinem naſci cenſent, metum futuris, ægri tudinem præſentibus. Quoniam enim uenientia metu- untur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. Lætitia autem & libido in bonorum opinione uerſantur, cum libido ad id quod uidetur bonum illecta & inflamma- ta rapiatur. Lætitia, ut adepta iam aliquid concupitum efferatur & geſtiat. Natura enim omnes ea quæ bona uidentur, ſequuntur, fugiuntque contraria. Ibidem

Phantaſiam uide in dictione Viſum.

Philoſophus. De orat.1.

Philoſophus is eſt, qui ſtudet omnium rerum diuina rum atque humanarum uim naturam cauſſaſque noſſe, & omnem bene uiuendi rationem tenere & perſequi.

Philoſophi.

Philoſophi, id eſt ſapientiæ ſtudioſi. Tuſ.5.

Philoſophi officium.

Illum, qui intelligentiæ ſapientiæque ſe amatorem profitetur, neceſſe eſt intelligentis ſapientiſque naturæ primas cauſas conquirere, deinde ſecundas cauſas re- rum earum, quæ neceſſario mouent alias, ipſe ab alijs mouentur. De uniuer.

Philoſophia.

Philophia in tres partes eſt diſtributa, in naturæ ob ſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatē, in uitā atq; mores. De offal.1.

De leg.1 *Mater omnium bonarum artium ſapientia eſt, à cuius amore uerbo Græco philoſophia nomen inuenit.*

De orat.3 *Rerum optimarum cognitio, atque in iis exercitatio, philoſophia nominatur.*

In Piſon. *Philoſophia, ut fertur, uirtutis continet, & officij, & bene uiuendi diſciplinam.*

Offi.2 *Sapientiam qui expectunt, philoſophi nominantur, nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari uelis, quam ſtudium ſapientiæ.*

Phyſiologia.

De nat.de.2 *Phyſiologia, eſt naturæ ratio.*

De diuin.1 *Naturæ rationem, phyſiologiam Græci appellant.*

Phyſicus.

De natura deor.1 *Phyſicus, ſpeculator, uentilator, uel uenator naturæ.*

Pius, piiſſimus.

Philip.13. *Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris, & quod uerbum omnino nullum in lingua latina eſt, id propter diuinam tuam pietatem, nouum inducis.*

Pietas.

De nat.de.1 *Pietas, eſt iuſtitia aduerſum deos.*

Pro plan. *Pietas, eſt uoluntas grata in parentes.*

Pro. do. ſua ad Pontifi. *Nec eſt ulla ergo deos pietas, niſi honeſta de nomine eorum, ac mente opinio.*

De inuen.2. *Pietas, quæ erga patriam aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officium conſeruare moneat.*

Ibidem *Pietas, per quam ſanguine coniunctis, patriæque beniuolis officium & diligens tribuitur cultus.*

Pigritia.

Tuſ.q.4 *Pigritia, eſt metus inſequentis laboris.*

Piræeum.

Epi.ad Att. *Venio ad Piræeia, in quo magis reprehendendus*

ſum, quòd homo Romanus Piræeia ſcripſerim, non Piræeum (ſic enim omnes noſtri locuti ſunt) quam quòd in addiderim. Non enim hoc ut oppido præpoſui, ſed ut loco: Et tamen Dionyſius noſter, qui eſt nobiſcum & Nicias Cous nomen rebatur oppidi eſſe Piræea: ſed de re uidero. Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, qui non ut de oppido locutus ſum, ſed ut de loco: ſecutuſque ſum non dico Cæcilium, Mane ut ex portu in Piræeum (malus enim author latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à Caio Lælio ſcribi, Heri aliquot adoleſcentuli cuimus in Piræeum. Et idem. Mercator hæc addebat captam è Sunio. Quod ſi oppida uolumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quam Piræeus.

Pluto.

Terrena uis omnis atque natura Diti patri dicata eſt, qui diues, ut apud Græcos Pluton, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. De nat. de. 2

Poetarum genera.

Poetarum genus multiplex, Poematis enim Tragici, Comici, Epici, Melici etiam ac Dithyrambici. De op. g. or.

Polus & inerrantes ſtellæ.

Sequitur ſtellarum inerrantium maxima multitudo, quarum ita deſcripta diſtinctio eſt, ut ex nota figurarum ſimilitudine nomina inuenerint. Atque hoc loco me intuens, utar, inquit, carminibus Arati, eis quæ à te admodum adoleſcentulo conuerſa, ita me delectant, quia latina ſunt, ut multa ex iis memoria teneam. Ergo ut oculis aſſidue uidemus ſine ulla mutatione aut uarietate, Cætera labuntur celeri cœleſtia motu, Cum cœloque ſimul noctéſque dieſque feruntur. De nat. de. 2

Quorum contemplatione nullius expleri poteſt animus naturæ conſtantiam uidere cupientis. Extremuſq; adeo duplici de cardine uertex Dicitur eſſe polus. Hunc circum Arcti duæ feruntur, nunquam occidentes. Ex his altera apud Græcos Cynoſura uocatur, altera dicitur eſſe Helice, cuius quidem clariſſimas ſtellas, totis noctibus cernimus. Quas noſtri ſeptem ſoliti uocitare triones. Paribuſque ſtellis ſimiliter diſtinctis eundem cœli uerticem luſtrat parua Cynoſura. Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto. Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget, Et late prima confeſtim à nocte uidetur. Hęc uero parua eſt, ſed nautis uſus in hac eſt. Nam curſu interiore breui conuertitur orbe. Ex quo fit earum ſtellarum admirabilior aſpectus. Has inter ueluti rapido cum gurgite flumen Toruus draco repit ſubter ſupraque reuoluens Seſe, conficienſque ſinus è corpore flexos. Eius cum totius eſt præclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt figura capitis atq; ardor oculorum. Huic non una modo caput ornans ſtella relucet. Verum tempora ſunt duplici fulgore notata, E trucibuſque oculis duo feruida lumina flagrant. Atque uno mentum radianti ſidere lucet, Obſtipumque caput tereti ceruice reflexum, Obtutum in cauda maioris figere dicas. Et reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cernimus, Hoc caput hic paulum ſeſe ſubitoque recōdit, Ortus ubi atque obitus partim miſcetur in una. Id autem caput Attingens defeſſa uelut mœrentis imago Vertitur, quam quidem Græci Engonaſin uocant, genibus quod nixa feratur. Hic illa eximio poſita eſt fulgore corona. Atque hæc quidem à tergo, propter caput anguitenens

Septemtriones.

Anguitenēs

tis, Quem claro perhibent Ophioucon nomine Graij. Hic preſſu duplici palmarum continet anguem, Atque eius ipſe manet religatus corpore toto. Namque *uirum medium ſerpens ſub pectore cingit. Ille tamen nitens grauiter ueſtigia ponit, Atque oculos urget pedibus, pectuſque nepai. Septētriones autem ſequitur Arctophilax uulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arctum. Dein quæ ſequuntur. Huic enim* Booti *ſubter præcordia fixa uidetur* Stella *micans radijs* Arcturus *nomine claro. Cuius ſubiecta fertur, Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore uirgo. Atque ita demetita ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat.* Et *natos gemmos inuiſes ſub caput arcti, Subiectus media eſt* Cancer, *pedibuſque tenetur. Magnus leo tremulam quatiēs e corpore flammam. Auriga ſub læua geminorum obductus parte feretur. Aduerſum caput huic* Helice *truculenta tuetur, At capra læuum humerum claro obtinet. tum quæ ſequuntur. Verum hæc eſt magno atque illuſtri prædita ſigno. Contra hœdi exiguum iaciunt mortalibus ignem. Cuius ſub pedibus* Corniger *eſt ualido cōnexus corpore* Taurus. *Eius caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus.* Has *græci ſtellas* Hyadas *uocitare ſuerunt, à pluendo, uein enim eſt pluere. Noſtri imperite ſuculas quaſi à ſuibus eſſent non ab imbribus nominatæ. Minorem autem ſeptentrionem* Cepheus *paſſis palmis terga ſubſequitur.* Nanque *ipſum ad tergum* Cynoſura *uertitur* Arcti. *Hunc antecedit obſcura ſpecie ſtellarum* Caſſiepia. *Hanc autem illuſtri &c.* Paulopoſt. *Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti Summum contingit*

Arctophil.

Arcturus.

Virgo.

caput aluo, ſtellaque iungns Vna tenet duplices communi lumine formas Æternum ex aſtris cupiens connectere nodum. Exin contortis Aries cum cornibus hæret. Q*uem propter piſces, quorum alter paulum prælabitur ante*, Et *magis horriferis aquilonis tangitur auris.* Ad pedes Andromedæ Perſeus *deſcribitur*. Q*uem ſumma regione aquilonis flamina pulſant.* Cuius propter genu Læuum Vergilias *tenui cum luce uidebis*. Inde *ſides poſita leuiter & conuexa uidetur*. Inde *eſt ales auis lato ſub tegmine cœli.* Capiti autem *equi proximat* Aquari dextra, *totuſq; deinceps* Aquarius. Tum *gelidum ualido de pectore frigus anhelans* Corpore *ſemiſero magno* Capricornus *in orbe*. Q*uem cum perpetuo ueſtiuit lumine*Titan *Brumali flectens contorquent tẽpore curſum*. Hic *ſeſe oſtendens emergit ſcorpios alte, Poſteriore trahens plexum ui corporis arcum*. Q*uem propter nitens pennis conuoluitur ales*. At *propter ſe aquilam ardenti cum corpore portat*. Deinde *delphinus*. Exinde Orion *obliquo corpore nitens*. Q*uem ſub ſequens* Feruidus *ille canis ſtellarum luce refulget*. Poſt *lepus ſubſequitur, Curriculum nunquã deſeſſio corpore ſedans*. At *canis ad caudã ſerpens prolabitur* Argo. Hanc *aries tegit & ſquamoſo corpore piſces*, Fluminis *illuſtri tangentem corpore ripas*. Q*uam longe aſpicies, proceraque uincla uidebis* Q*uæ retinent piſces caudarum à parte locata*. Inde *nepe cernes propter fulgentis acumen* Aram, *quam ſtatu permulcet ſpiritus auſtri*. Propter *quæ centaurus* Cedit *equi partis properãs ſubmergere cetis*. Hic *dextram porgens quadrupes qua uaſta tenetur* Tendit, & *illuſtrem truculentus cedit ad*

Argo.

arā. Hic ſeſe inferni de partibus erigit hydra, cuius longe corpus eſt fuſum. In medioq; ſinu fulgens cratera relucet Extremā *nitens plumato corpore coruus Roſtro tundit & hic, geminis eſt ille ſub ipſis* Antecanis, Procyon *Graio qui nomine fertur.* Populares, optimates.

Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt, eorumque uel fieri in Repu. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt, quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe uoluerunt. Qui ea quæ faciebant quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe uolebant, populares: qui autem ita ſe gerebant: ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Pro.P.Seſt.

Vide Optimates ſuo ordine. Portenta.

Portentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. Quorum quidem uim ut tu ſoles dicere, uerba ipſa prudenter a maioribus poſita declarant. Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur. De Inuen. I.

Portunum uide in dictione Neptunus.

Poſtliminium.

Sed cum poſtliminij uis queritur, & uerbum ipſum notantur in quo Seruius noſter (ut opinor) nihil putat eſſe notandum niſi poſt, & liminium, illud productionē eſſe uerbi uult, ut infinitimo, legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum, quā in medutillio tulliū. Scæuola autem P. filius iunctū putat eſſe uerbum, ut ſit in eo & poſt et limē: ut quæ à nobis alienata ſunt, cū ad hoſtē peruenerint, et ex ſuo tanquā limine exierint, hinc cū redierint poſt ad idem limen, poſtliminio uideantur rediſſe.

dit permulcere atque allicere debet. Priuilegium.

In priuatos homines leges ferri noluerunt,id eſt pri uilegium. Vetant leges ſacratæ,uetant duodecim tabulæ leges priuatis hominibus irrogari,id eſt enim priuilegium. De leg. 2. Pro do. ſua ad Pontifi.

Probabile.

Probabile genus eſt orationis,ſi non nimis comptum atque expolitum,ſi eſt authoritas & pondus in uerbis: ſi ſententiæ uel graues,uel aptæ opinionibus hominum & moribus. In par.

Probabile autem,id eſt quod ferè fieri ſolet,aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hæc quandam ſimilitudinem,ſiue id falſum,ſiue id uerum. De inuen. 1

Omne autē ut certas quaſdam in partes diſtribuamus, probabile quod ſumitur ad argumentationē, aut ſignū eſt,aut credibile,aut iudicatum,aut comparabile. De Inuen. 1

Procliuitatem uide in dictione Facilitas. Procurator.

Procurator,qui negocij noſtri aliquid gerit. Pro A. Cæci.

Prodigi.

Prodigi ſunt,qui epulis & uiſcerationibus,& gladiatorum muneribus,ludorum,uenationumque apparatu pecunias profundunt in eas res,quarum memoriam aut breuem,aut nullam ſunt relicturi omnino. Officior. 2

Proegmenon,Proegmena.

Nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem(idem enim eſt proegmenon)ſed eos qui in aliquo honore ſunt, quorum ordo proxime accedit,ut ſecundus ſit ad regium principatum,ſic in uita, non ea quæ primario loco ſunt,ſed ea quæ ſecundum locum obtinent Proegmena; id eſt producta nominentur. Quæ uel ita appellemus, id enim uerbum è uerbo, De finib. 3

uel promota & remota, uel ut dudum diximus, propoſi ta uel præcipua. Itaque ea definiemus, quod ſit indiffe rentia cum æſtimatione mediocri, quod & illi Adiaphoron dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem.

Prolepſis.

De nat. de. 1 *Anticipatio quædam deorum, quam appellat Prolepſin Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri nec diſputari poteſt.*

Pronoea.

De nat. de. 2 *Pronoea, id eſt prouigentia.*

Pronunciatio.

De inuen. 1. *Pronunciatio, eſt ex rerum & uerborum dignitate uocis & corporis moderatio.*

Pronunciatum uide in dictione Axioma.

Propoſitio.

Ibidem *Propoſitio, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis oportet emanet ratiocinationis.*

Proprium.

Epiſt. ad Luc. 1 31 *Id enim cuiuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur atque utitur.*

Proſerpina.

De nat. de. 2 *Cui Proſerpina nomen eſt, Perſephone Græce nominatur, quam frugum ſemen eſſe uolunt, abſconditamq; quæri a matre fingunt.*

Prouidentia.

De natura deor. 1 *Pronoeam, latine licet prouidentiam dicere. Prouidentia, eſt per quam futurum aliquid uidetur, antequam factum ſit.*

Prudentia.

De inuen. 2 *Prudentia, eſt rerum bonarum & malarum & utrarumque ſcientia.*

Ibidem *Partes, eius Memoria, Inelligentia, Prouidentia. Has partes uide ſuis locis.*

Offic. 1. *Prudentia, quam Græci Phronisin dicunt, eſt rerum expetendarum, fugiendarumque ſcientia.*

Prudentia, eſt locata in delectu rerum bonarum & malarum. Offici.3.

Qui ingenij aciem exacuerit ad bona deligenda & reijcienda contraria: quæ uirtus ex prouidendo eſt prudentia appellata. De leg.1

Prudentia, conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. De nat.d.3

Prudentes, id eſt prouidentes. De diui.1

Pulchritudo animi.

In animo opinionum iudiciorumq; æqualitas & conſtantia cum firmitate quadam & ſtabilitate uirtutem ſubſequens, aut uirtutis uim ipſam continens, pulchritudo uocatur. Tuſc.4

Pulchritudo corporis.

Corporis quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate, dicitur pulchritudo. Ibidem

Pullarius.

Attulit in cauea pullos is, qui ex eo ipſo nominatur Pullarius. De diuina.2

Punctum.

Punctum eſt quod nullam magnitudinem habet, extremitas, & quaſi libramentum, in quo nullo omnino craſſitudo ſit, liniamento ſine ulla latitudine carens. Acade.4.

Purgatio pars conceſſionis.

Purgatio, eſt cum factum conceditur, culpa remouetur. Hæc partes habet tres, imprudentiam, caſum, neceſſitatem. De Inuen.1

Purgatio, eſt per quam eius qui accuſatur non factum ipſum, ſed uoluntas defenditur. Ea habet partes tres, imprudentiam, caſum, neceſſitudinem. De Inuen.2

Vide has partes ſuo ordine.

Q

Quæſtio.

De inuen. 1 Quæſtio, eſt ea quæ ex conflictione in cõſtitutione cauſarum gignitur controuerſia.

Ibidem Quæſtionem appellat Hermagoras, quæ habet in ſe controuerſiam in dicendo poſitam ſine certarum perſonarum interpoſitione, ad hunc modum, ut quid ſit bonum in uita præter honeſtatem.

Quæſtio, & eius finis.

Acad. q. 1 Quærendi initium ratio attulit, quæ perfecit uirtutem, cum eſſet ipſa ratio confirmata quærendo. Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis: quæſtioniſque finis inuentio.

Quæſtionem genera.

In par. Duo ſunt quæſtionum genera, quorum alterum finitum temporibus & perſonis controuerſiam cauſam appello. Alterum infinitum, nullis neque perſonis, neque temporibus notatum, propoſitum uoco.

In Top. Quæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt quod Hypotheſin Græci, nos cauſſam. Infinitum quod illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negocijs cernitur, aut in omnibus aut in pleriſque eorum. Propoſitum autem in aliquo eorum aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propoſitum pars cauſſæ eſt. Sed omnis quæſtio earũ aliqua de re eſt, quibus cauſſæ continentur, aut una aut pluribus, aut nonnunquam omnibus.

Cauſſa. Quæſtionum autem quacunque de re ſint, duo ſunt genera, unum cognitionis, alterum actionis.

Cognitionis ſunt hæ quarum finis eſt ſcientia. Cognitionis quæſtiones tripartitæ ſunt, cum an ſit, aut quid ſit, aut quale ſit, quæritur. Actionis duo ſunt genera, alterum ad officium, alterum ad motum animi uel gignendum, uel ſedandum planeue tollendum.

Vide Theſeis loco ſuo.

Qualitates, & uerba ſingularum artium propria. Acad.q.1 i

Enitar ut latine loquar, niſi in huiuſcemodi uerbis: ut philoſophiam, aut rhetoricam, aut phyſicam, aut dialecticam appellem: quibus ut alijs multis conſuetudo iā utitur pro latinis. Qualitates igitur appellemus, quas Græci piotitas uocant: quod ipſum apud Grecos non eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum: atque in multis. Dialecticorum quoque uerba nulla ſunt publica, ſuis utuntur. Et id quoque commune omnium fere artium. Aut enim ſunt noua rerum nouarum facienda nomine: aut ex alijs transferenda.

R

Ratio rhetorica.

Ratio, eſt quæ continet cauſſam, quæ ſit ſublata ſit nihil in cauſſa controuerſiæ relinquitur. De inuen.1

Diſtinguēdi gratia rationem appellemus eam, quæ affertur a reo ad recuſandum depellendi criminis cauſa, quæ niſi eſſet, quid defenderet non haberet. Vide etiam Rationem ſupra in nomine Controuerſia. In parti.

Ratio, Appetitus. Officio.1

Duplex eſt uis animorum atque naturę, una pars in appetitu poſita eſt: quæ eſt Ormi græce: quæ hominem huc illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & expla

nat, quid faciendum fugiendumque ſit. Ita fit ut ratio præſit, appetitus uero obtemperet.

Ratiocinatio.

De Inuen. 1 Ratiocinatio, eſt oratio ex ipſe re probabile aliquid eliciens, quod expoſitum, & per ſe cognitum ſua ſe ui & ratione confirmet. Eius autem partes ſunt quinque Propoſitio, approbatio, aſſumptio, aſſumptionis approbatio, complexio.

Vide has partes ſuo ordine.

Ratiocinatio pars cauſſæ coniecturalis.

De Inuen. 2. Ratiocinatio, eſt diligens et conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio.

Recens.

Tuſ. 3. Recens, quod paulo ante accidit. Eſt etiam malum recens quando in illo opinato malo uis quædam inſit et uigeat & habeat quandam uiriditatem, tandiu appellatur recens. Vt Arthemiſia Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum, quandiu uixit, uixit in luctu, huic erat illa opinio quotidie recens, quæ tum denique non appellabatur recens, cum uetuſtate exaruit.

Relatio criminis.

De Inuen. 1 Relatio crimis, eſt cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria laceſſierit.

Religio.

De Inuen. 2 Religio eſt, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ quam diuinam uocant, curam, cerimoniamque affert.

Ibidem Religionem eam, quæ in metu & ceremonia deorum ſit, appellant.

De nat. d. 1 Religio, id eſt metus deorum. Religio deorum pio

De nat. de. 3 cultu continetur.

Religio Romana.

Omnis populi Romani religio in ſacra & auſpicia

diuiſa eſt, tertium adiunctum eſt, ſi quid prædictionis cauſa ex portentis & monitis Sibyllæ interpretes aruſpice ſue monuerunt.

Religioſi.

Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo, ut eligentes ex eligendo, tanquã à deligendo deligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim uerbis omnibus in eſt uis legendi eadem quæ in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo. Alterum uitij nomen, alterum laudis. Vide dictionem Superſtitioſi. De nat. de. 2

Religioſum.

Religioſum eſt, quod iurati legibus iudicauerunt.

Remotio pars aſſumptiuæ. De inuen. 2

Remotio criminis, eſt cum id crimen quod infertur ab ſe & a ſua culpa ui & poteſtate in alium reus remouere conatur. Id dupliciter fieri poterit, ſi aut cauſa aut factum in alium transfertur. Cauſſa tranſfrtur cum aliena dicitur ui & poteſtate factum. Factum autem, cum alius aut debuiſſe aut potuiſſe facere dicitur. De Inuen. 1.

Reprehenſio.

Reprehenſio, eſt per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. Ibidem

Repulſi.

Repulſi, ſunt ij quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertiſſime largientes, non ſolum alieni, ſed etiam ſui uicini, tribules, urbani, ruſtici repulerunt. De Aru. reſ.

Ciuitatis Rector.

Reipublicæ Rector, qui quibus rebus utilitas Reipublicæ paratur augeturque tenet, iiſque utitur. De orat. 1.

Reſpu. Ciuitates, Vrbes.

Pro P. Seſt. Tum res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus: tum conuenticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominarunt: tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, inuento & diuino & humano iure mœnibus ſepſerunt.

Rei.

De orat. 1 Reos appello quorum res eſt.

Ibidem Reos appello non eos modo qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur, ſic enim olim loquebantur.

Rhetor.

In oratore Græce ab eloquendo Rhetor, & latine eloquens dictus eſt.

Rhetorica.

De Inuen. 1 Rhetorica, eſt artificioſa eloquentia. Hanc oratoriam facultatem in eo genere ponimus, ut eam ciuilis ſcientiæ partem eſſe dicamus.

Ridiculum in dictio.

De orat. 2 In dictio autem ridiculum eſt id, quod uerbi aut ſententiæ acumine mouetur.

Rythmos, Numerus.

In orato: Habet nomen inuidiam, cum in oratione iudiciali et forenſi numerus latine; Græce Rythmos ineſſe dicitur. Vide dictionem Numerus.

S

Colliſio literæ S.

In oratore QVi etiam, quod iam ſubruſticum uidetur, olim autem politius, eorum uerborum, quorum eædem erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in optimus, poſtremam literam detrahebant, niſi uocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in uerſibus, quam nunc fugiunt noui poetæ. Ita enim loquebamur. Qui eſt omnibus princeps, non omnibus princeps, &, uita illa dignus locoque. non dignus. Quod ſi indocta

conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandem arte & doctrina poſtulari putamus?

Sacroſanctum.

Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus plebs ue ſanxiſſet. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœne, cum caput eius qui contra facit, conſecratur. Pro C. Bal.

Sagire, Sagax, Præſagire.

Sagire, ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quæ multa ſcire uolunt, & ſagaces dicti canes. Is igitur qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt futura ante ſentire. Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitetur. De diu. n.

Sancti, religionum colentes.

Qui ſunt ſancti? qui religionum colentes? niſi qui meritam dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mente perſoluunt. Pro plācio.

Sanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit. Tuſcu. 3

Sanctitas.

Sanctitas, eſt ſcientia colendorum deorum. De nat. de. 1

Sapiens.

Quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia polleat, quietus animo eſt, ſibique ipſe placatus, ut neque tabeſcat moleſtijs, neque frangatur timore, nec ſcienter quid appetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens, deliqueſcat, is eſt ſapiens quem quærimus, is eſt beatus. Tuſ. 4

Sapientia.

Sapientia, eſt rerum diuinarū & humanarum ſcien Ibidem

tia, cognitioque quæ cauſa cuiuſq; rei ſit.

De leg. 1 *Quid eſt autem ratione diuinius? quæ cum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur rite ſapientia.*

1 Philip. 13 *Sapientia cautioribus utitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.*

Acad. 4 *Sapientia, eſt ars uiuendi, quæ ipſa ex ſeſe habeat cõſtantiam.*

Officiorũ. 2. *Sapientia eſt (ut a ueteribus philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum & humanarum cauſarumque quibus hæ continentur, ſcientia.*

De finib. 2 *Diuinarum humanarumque rerum ſcientia poteſt appellari ſapientia.*

Vide dictionem Scientia.

Saturnus.

De nat. de. 2 *Saturnum eum eſſe uoluerunt, qui curſum & conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret, qui deus Græce id ipſum nomen habet. Cronos enim dicitur, qui eſt idem Chronos, id eſt ſpatium temporis. Saturnus autem eſt appellatus, quod ſaturaretur annis. Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit ætas temporum ſpatia, anniſque præteritis inſaturabiliter expletur. Vinctus autem a Ioue ne immoderatos curſus haberet, atque ut eum ſyderum uinclis alligaret.*

Scelus, Nephas.

In parad. *Quicquid non oportet, ſcelus eſſe: quicquid non licet, nephas putare debemus.*

Schemata.

De clari. or. *Verborum & ſententiarum lumina, Græci uocant Schemata, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguitur omnis oratio.*

Inter conformationem uerborum & ſententiarum hæc intereſt, quod uerborũ tollitur, ſi uerba mutaris, ſen

tentiarum permanet, quibuſcunque uerbis uti uelis.

Scientia, Opinio, Senſus.

Quod erat ſenſu comprehenſum, idipſum ſenſum appellabat Zeno. Si ita erat cõprehenſum, ut conuelli ratione non poſſet, ſcientiã: ſin aliter in ſcientiã nominabat: ex qua exiſteret etiã opinio, quæ eſſet imbecilla, & cũ falſo incognitoq; cõmunis. Acad. 1

Scientia, Sapientia.

Scientiam nos non comprehenſionem modo rerum, ſed etiam ſtabilem atq; immutabilẽ eſſe cenſemus. Itemq; ſapientiam artem uiuendi, quæ ipſa ex ſeſe habeat conſtantiam. Acad. 1

Senatus.

A ſenibus appellarunt maiores ſenatum. De ſenect.

Senſum uide in dictione Scientia. Vitium ſententiæ.

Eſt uitioſum in ſententia, ſi quid abſurdum, aut alienum, aut non acutum, aut ſubinſulſum eſt. De op. g. or.

Sententiarum genera.

Sententiarum genera totidem ſunt quot diximus eſſe laudum: ſunt enim docendi quaſi argutæ, commouendi graues. Ibidem

Seruitus.

Omnis animi debilitata, & humilis & fracta timiditas, ſeruitus eſt. In par.

Signum.

Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, et quiddam ſignificat, quod ex ipſo profectum uidetur, quod aut ante fuerit, aut in ipſo negocio, aut poſt ſit conſecutum, & tamen indiget teſtimonij, et grauioris confirmationis, ut fuga, pallor. De inuen. 1

Sithimia.

Animi tranquilitatem appellant Sithimiam. De fini. 5

Siti.

Siti dicuntur ij qui conditi ſunt, nec tamẽ eorum ante ſepulchrum eſt, quam iuſta facta, & corpus incenſum De leg. 2.

eſt. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis peni tus humati dicantur, id erat proprium tum in ijs quos humus iniecta contegeret, eumque morem ius pontifica le confirmat. Nam priuſquam in eos iniecta gleba eſt, locus ille ubi crematum eſt corpus, nihil habet religio nis. Iniecta gleba tumulis & humatus eſt, & gleba uo catur: ac tum denique multa religioſa iura complecti tur.

Socij.

Ac. in Ver. 5 Socij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt.

Sol.

Sol dictus eſt, uel quia ſolus ex omnibus ſideribus eſt

De nat. de. 2 tantus, uel quia cum eſt exortus, obſcuratis omnibus ſo lus apparet.

Soles.

Soles ipſi quam multi à theologis proferuntur? Vnus

De nat. de. 3 eorum Ioue natus, nepos ætheris. Alter Hyperione. Ter tius Vulcano Nili filio, cuius urbem Ægyptij uolunt eſ ſe eam, quæ Heliopolis appellatur. Quartus is quem He roicis temporibus Achanto Rhodi perperiſſe dicitur, Ia lyſum, Camirum, Lindum. Quintus qui Colchis fertur Aeetam & Circem procreauiſſe.

Solicitudo.

Tuſ. 4 Solicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione.

Sophia.

Officio. 1 Deinceps omnium uirtutum illa ſapientia, quàm So phiam Græci uocant, rerum eſt diuinarum atque huma narum ſcientia.

Sophiſtæ.

Acad. q. 1. Sophiſtæ appellantur hi, qui oſtentationis aut quæ ſtus cauſa philoſophantur.

Sorites.

De diuin. 2 Quemadmodum ſoriti reſiſtas, quem ſi neceſſe ſit latino uerbo liceat aceruale m appellare?

Soritæ.

Acad. q. 2 Cum aliquid minuatim & gradatim additur, aut

demitur: ſoritas hos uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano. Spes.

Et ſi ſpes eſt expectatio boni, mali expectationem eſſe neceſſe eſt metum. Tuſc.4. Spondæus.

Ne ſpondæus quidem funditus eſt repudiandus: & ſi quod eſt elongis duabus, hebetior uidetur & tardior, habet tamen ſtabilem quandam & non expertem dignitatis gradum. In orat. Status.

Vt in cauſis non ſemper utimur eodẽ ſtatu, ſic enim appellemus controuerſiarum genera: ſed ad tempus, ad controuerſiæ naturam, ad perſonam accommodamus. Tuſco.3.

Refutatio accuſationis in qua eſt depulſio criminis, Græces Staſis dicitur, latine appellatur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. In Top. Status tres.

Tria ſunt omnino genera, quæ in diſceptationem & controuerſiam cadere poſſunt, quid fiat, factum, futurũ ue ſcit, aut quale ſit, aut quo modo nominetur: quod quidem Græci adiungunt recte ne factum ſit, totum in eo eſt, quod quale ſit quærimus. De orato.2. Quidquid eſt quod in controuerſia, aut in contentione uerſatur, in eo, aut ſit ne, aut quid ſit, aut quale ſit, quæritur: ſit ne ſignis, quid ſit diffinitionibus, quale ſit recti prauique partibus. In oratore Finitiuus ſtatus.

Tum quid uocetur quæritur, cum quo uerbo quid appellandum ſit, contenditur. De orat.2 Stratagema.

Tu autem Deciorum deuotionibus placatos deos eſſe cenſes. Conſilium illud imperatorum fuit, quod Græci Stratagema appellant, ſed eorum imperatorum qui uitæ non parcerent, patriæ conſulerent. De nat.d.3 Studium.

De inuen.2 Studium, eſt animi aſſidua & uehemens ad aliquam rem applicata magna cum uoluntate occupatio.

Stultitia.

Tuſc.3 Stultitia, eſt inconſtantia ſanitate uacans.

Suada.

De cla.ora. Pitho quam uocant Græci, cuius effector eſt orator, hanc ſuadam appellauit Ennius.

Summum.

Tuſcu.2. De finib.5 Summum quo nihil eſt ſuperius. Vide ſummum bonum in litera b. Porro ſummum bonum eſt ſecundum naturam uiuere, id eſt uiuere ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente.

Superſtitioſi.

De na.d.2 Non enim philoſophi ſolum, uerumetiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religionem ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut liberi ſui ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomen patuit poſtea latius, in quo ineſt timor inanis deorum.

Vide dictionem Religioſi.

Supplicium.

Supplicium, eſt pœna peccati.

Sympathia.

In piſonem. De diuin.1. Coniunctionem & conuenientiam naturæ Sympathiam uocant Græci.

Sympoſia, conuiuia.

Epi.ad Pe.9 Sapientius nos quàm Græci, illi Sympoſia aut Syndepna, id eſt compotationes, aut concœnationes: nos cōuiuia, quia tum maxime ſimul uiuitur.

Vide Conuiuium ſuo loco.

De ſyncope.

In orat. Syncope non ſane eſt in omnibus neutris uſitata. nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, quam centuriam, ut Cenſoriæ tabulæ loquuntur fabrum, & procum audeo dicere, non fabrorum & procorum. Pla

neque duorum uirorum iudicium, aut trium uirorũ capitalium, aut decem uirorũ litibus iudicandis, dico nunquam. Atqui dixit Accius, *Video ſepulchra dua duorum corporum.* Idemque, *Mulier una duum uirum.* Quid uerum ſit intelligo, ſed alias ita loquor, ut conceſſum eſt, ut hoc uel proh deum dico, uel proh deorum: alias ut neceſſe eſt, cum trium uirum, non uirorum, cum ſeſtertium nummum, non nũmorum, quod in his conſuetudo uaria non eſt. Quid quòd ſic loqui, noſſe, iudicaſſe uetant, nouiſſe iubent & iudicauiſſe? quaſi uero neſciamus in hoc genere, & plenum uerbum rectè dici, & imminutum uſitate. Itaque utrumque Terentius: *Eho tu cognatum non noras?* Poſt diem: *Stilphonem inquam noueras.* Nec uero reprehenderim ſcripſere alij item, & ſcripſerunt eſſe uerius ſentio, ſed conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. Impetratum eſt à conſuetudine, ut peccare ſuauitatis cauſa liceret. Et pomeridianas quadrigas, quam poſt meridianas libentius dixerim, & mehercule quam mehercules.

T

Telos.

SEntis eni credo me iandiu, quod Telos Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummũ. Licebit etiam finẽ pro ſummo & ultimo dicere. De finib. 3.

Summum, ultimum uel extremum, Græci Telos nominauerunt, quod ipſum ad nullam rem, ad id autem res referuntur omnes. De finib. 1

Temeritas aſſenſus.

Temeritas, eſt cum aut falſa, aut incognita res approbatur. Acad. q. 1.

Temperans, Sophroſine, Frugalitas.

Tuſc.4.3 Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci Sophrona appellant: eamque uirtutem Sophroſynin uocant, quam ſoleo equidem tum temperãtiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Sed haud ſcio an recte ea uirtus, frugalitas appellari poſſit. Quod anguſtius apud Græcos ualet, qui frugi homines Chriſimos appellant, id eſt tantũmodo utiles, At illud eſt latius. Omnis enim abſtinentia, omnis innocentia, quæ apud Græcos uſitatum nomen nullum habet, ſed habere poteſt Ablauiam. Nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini, reliquas etiam uirtutes frugalitas continet, quæ niſi tanta eſſet & ſi ijs anguſtijs, quibus plerique putant, teneretur, nunquã eſſet L. Piſonis cognomẽ tantopere laudatum. Sed quia nec qui propter metum præſidium relinquit, quod eſt ignauiæ, nec qui propter auaritiam clam depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiæ: nec qui propter temeritatem male rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet, eas tres uirtutes fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam frugalitas eſt complexa, & ſi hoc quidem commune eſt uirtutum: omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt, reliqua igitur & quarta uirtus, ut ipſa ſit frugalitas neceſſe eſt. Eius enim uidetur eſſe proprium motus animi appetentis regere & ſedare & ſemperque aduerſantem libidini moderatã in omni reſeruare conſtãtiam, cui contrarium uitium nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor a fruge, qua nihil melius e terra oritur: nequitia ab eo, et ſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tẽtemus, & luſiſſe putemur ſi nil ſit, ab eo quod nequicquam eſt in tali homine, ex quo nihil idem dicitur. Qui ſit frugi

igitur,

igitur, uel ſi mauis moderatus, & temperans, eum neceſ ſe eſt eſſe conſtantem.

Temperantia.

Temperantia eſt enim, quę in rebus aut expetendis, aut fugiendis ut rationem ſequamur, monet. De finib. 1

Temperantia, eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. De finib. 2

Temperantia, eſt rationis in libidinem, atque in alios nō rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes ſunt, continentia, clementia, modeſtia. Has partes quære ſuo ordine. De Inuen. 2

Temperantia conſtat ex prætermittendis uoluptatibus corporis. De nat. d. 3

Temperantia moderandis cupiditatibus, regendiſque animi motibus conſtat, duobuſque modis diſcernitur, & ea quæ abſunt non expetendo, & ab ijs quæ in poteſtate ſunt, abſtinendo. In par.

Tempus.

Tempus autem eſt, id quo nunc utimur (nam ipſum generaliter definire difficile eſt) pars quædam æternitatis cum alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturniue ſpatij certa ſignificatione. De inuen. 1

Tempori cedere uide in dictione Cedere ſuo ordine.

Commune tempus eſt, quod accidit omnibus eodem ferè tempore: ut meſſis, uindemia, calor, frigus.

Publicum eſt, quod ciuitas uniuerſa aliqua de cauſa frequentat, ut ludi, dies feſtus, bellum.

Singulare autem eſt, quod aliqua de cauſa priuatim ſolet alicui accidere, ut nuptiæ, ſacrificium, funus.

Tenes, Tenedus.

Tenedo, Tenem ipſum, qui apud Teneidos ſanctiſſi- Actione. 3.

mus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidiſſe, cuius ex nomine Tenedus nominatur, abſtulit.

Terror.

Tuſ.4 Terror, *eſt metus concutiens*. Ex *quo ſit ut pudorem rubor, ſic terrorem, pallor & tremor & dentium crepitus conſequatur.*

Teſtimonium.

In Top. *Teſtimonium nunc dicimus, omne quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem.*

Teſtimoniorum genera.

In par. *Teſtimoniorũ duo ſunt genera, diuinum et humanũ.* Diuinum ut Oracula, Auſpicia, Vaticinationes & reſponſa *ſacerdotum, aruſpicum, coniectorum.* Humanum, *quod ſpectatur auctoritate & ex uoluntate, & ex oratione aut libera aut expreſſa: in quo inſunt ſcripta, pacta, promiſſa, iurata, quæſita.*

Theologia.

De nat.de.2 *Theologia, eſt deorum origo.*

Theſis.

De orato. *Quæſtio a proprijs perſonis & temporibus ad uniuerſi generis orationem traducta, appellatur* Theſis.

Theſis Hypotheſis.

De finib.4 *Dicendi eſt exercitatio duplex. Nam quicquid quæritur, id habet aut generis ipſius ſine perſonis temporibuſque: aut ijs adiunctis facti aut iuris, aut nominis controuerſiam.*

De Orat.3 *Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & diſceptari poteſt, ſiue in infinitis conſultationibus diſceptatur, ſiue in ijs cauſſis, quæ in ciuitate & in forenſi diſceptatione uerſantur: nec eſt ulla, quæ non aut ad cognoſcendi, aut ad agendi uim rationemque referatur: nam aut ipſa cognitio rei ſcientiaque perquiritur, ut uirtus ſuam ne propter dignitatem,*

an propter fructus aliquos expectatur? aut agendi con ſilium exquiritur, ut ſit ne ſapienti capeſſenda Reſpub. Cognitionis *autem tres modi, coniectura, diffinitio, & ut ita dicam, conſecutio.* Nam *quid in re ſit, coniectura quæritur, ut illud, Sit ne in humano genere ſapientia? Quam autem uim quæque res habeat definitio explicat: ut ſi quæratur, quid ſit ſapientia.* Conſecutio *autem tractatur, cum quid quãq; rem ſequatur, inquiritur, ut illud, ſit ne aliquando mentiri boni uiri?* Redeunt *rurſus ad coniecturam, eamque in quatuor genera diſpertiunt: nam aut quid ſit, quæritur hoc modo: natura ne ſit ius inter homines, an opinionibus: aut quæ ſit origo cuiuſque rei, ut quod ſit initium legum aut rerum publicarum: aut cauſa & ratio, ut ſi quæratur, cur doctiſſimi homines de rebus max. diſſentiant? aut de immutatione, ut ſi diſputetur num interire uirtus in homine, aut num in uitium poſſit conuerti.*

Diffinitionis autem ſunt diſceptationes, ut cum quæritur quid in communi mente quaſi impreſſum ſit: ut ſi diſſeratur, id ne ſit ius quod maximæ parti ſit utile: aut cum quid cuiuſque ſit proprium exquiritur: ut ornate dicere proprium ne ſit Oratoris*? an id etiam aliquis prætere a poſſit? aut cum res diſtribuitur in partes, ut ſi quæratur, quot ſunt genera rerum expetendarum: ut ſint ne tria, corporis, animi, externarumque rerum? aut cum quæ forma & quaſi naturalis nota cuiuſque ſit, deſcribitur: ut ſi quæratur auari ſpecies, ſeditioſi, glorioſi.* Cõſecutionis *autem duo prima quæſtionum genera ponuntur:* Nam *autem ſimplex eſt diſceptatio, ut ſi diſſeratur, expetanda ne ſit gloria: aut ex cõparatione, lau*

an diuitiæ magis expetendæ ſint. Simplicium autem ſunt tres modi:de expetendis fugiendis ue rebus,ut expetendi ne honores ſint? non fugienda paupertas? de æquo & iniquo: æquum ne ſit ulciſci iniurias etiam propinquorum? de honeſto aut turpi,ut hoc, ſit ne honeſtum gloriæ cauſa mortem obire? Comparationis autem duo ſunt modi:unus,cum idem ne ſit,an aliquid interſit quæritur:ut metuere & uereri:ut Rex & tyrannus,ut aſſentator & amicus. Alter cum quid præſtet aliud alij quæritur:ut illud,optimi ne cuiuſque ſapientes an populari laude ducantur? Atque eæ quidem diſceptationes,quæ ad cognitionem referuntur, ſic fere a doctiſſimis hominibus deſcribuntur. Quæ uero referuntur ad agendum,aut in officij diſceptatione uerſantur, quo in genere quid rectum faciendumque ſit,quæritur: cui loco omnis uirtutum & uitiorum eſt ſylua ſubiecta:aut in animorum aliqua permotione, aut gignenda,aut ſedanda,tollendaue tractantur. Huic generi ſubiectæ ſunt cohortationes,obiurgationes, conſolationes, miſerationes,omniſque ad omnem animi motum impulſio,& ſi ita res feret,mitigatio.

Quæſtionum duo prima genera ſunt in quibus eloquentia uerſatur:unum infinitum,alterum certum. Infinitum,in quo aliquid generatim quæritur, hoc modo, expetenda ne pecunia. Certum autem,in quo quid in perſonis & in conſtituta re, & definita quæritur,cuiuſmodi ſunt quæ in foro & in ciuium cauſis diſceptationibuſque uerſantur. Paulopoſt. Diuidunt Græci,totam rem in duas partes,in cauſæ controuerſiam,& in quæſtionis. Cauſſam appellant rem poſitam in diſcepta

tione rerum & controuerſia: quæſtionem autem rem poſitam in infinita dubitatione.

Timor.

Timor, eſt metus mali appropinquantis. Tuſc.4.

Toga, Arma.

Scire cupio quid tandem iſto in uerſu reprehendas, Cedant arma togæ? tuæ dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te aſine literas doceam? opus eſt uerbis ſed fuſtibus. Non dixi hanc *togam qua ſum amictus, nec arma, ſcutum, & gladium unius imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne, & ocij toga: contra autem arma, tumultus atque belli: more poeterum locutus, hoc intelligi uolui: bellum ac tumultum paci atque ocio conceſſurum.* In piſo.

Tranſlationem uide in uerbis mutatis in litera V.

Topice, eſt inueniendi ars. In Top.

Torquatus.

Torquatus hoc cognomen inuenit, quod torquem hoſti detraxerit. De finib. 1

Tranquilitas.

Tranquilitas, id eſt placida quietaque conſtantia. Tuſc.4.

Tripudium.

Aues quia cum paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primo, poſt terripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium. De diuin.2

Trochæus.

Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio quo Choreus, cordacem appellat Ariſtoteles. Spatio par iambo Trochæus, qui habet tres breues, ſed ſpatio par, non ſyllabis. In ora.

Tropi, Schemata.

Ornari orationem Græci putant, ſi uerborum immu- De cla. ora.

tationibus utantur, quos appellant Tropos, & ſententiarum, orationiſque formis, quæ uocant Schemata.

Tubi, Euripi.

De leg.2 Ductus aquarum, quos iſti Tubos & Euripos uocant, quis non cum hæc uideat irriſerit?

Tumultus, Bellum.

Philip.8. Poteſt eſſe bellum ſine tumultu: tumultus ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri tumultum italicum, quod erat domeſticus: tumultum gallicum, quod erit Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem eſſe tumultum quã bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico uocationes ualent, tumultu non ualent. Ita fit (quẽadmodum dixi) ut bellum ſine tumultu poſſit, tumultus ſine bello eſſe non poſſit. Etenim cum inter bellum & pacem medium nihil ſit, neceſſe eſt tumultum ſi belli nõ ſit, pacis eſſe. Quo quid abſurdius dici, aut exiſtimari poteſt?

V

Varietas.

De ſinib.2. Varietas latinum uerbum eſt, idque proprie quidem in diſparibus coloribus dicitur. Sed tranſfertur in multa diſparia: uarium poema, uaria oratio, uarij mores, uaria fortuna, uoluptas uaria. Et dici ſolet cum percipitur ex multis diſſimilibus rebus diſſimiliter efficientibus uoluptates.

Vrbem uide in dictione Ciuitates.

Vrbanitatem in dictione Maledictio.

Vectigal ſtipendiarium.

Compoſitum eſt uectigal certum, quod Stipendiarium dicitur, ut Hiſpanis, & pleriſque Pœnorum, quaſi uictoriæ præmium ac pœne belli, aut cenſoria locatio conſtituta eſt, ut Aſia lege Sempronia. Actio Ver. 5

Ventus.

Anhelitus terræ, qui frigidi ſunt, quum fluere cœperint, uentus eſt. De diuin. 2

Venus, Venuſtas.

Quæ dea ad res omnes ueniret, Venerem noſtri nominauerunt, atque ex ea potius uenuſtas, quam Venus ex uenuſtate. De nat. de. 2

Veneres.

Venus prima cœlo & Die nata, cuius delubrum uidemus. Altera ſpema procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. Tertia Ioue nata & Dione, quę nupſit Vulcano: ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria Cyrroque concepta, quæ Aſtarte uocatur, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt. De natura deor. 3

Verba ornata.

Satis ornata mihi uerba uideri ſolent, ſi eiuſmodi ſunt, ut ea res ipſa peperiſſe uideatur. In oratore. 2

Nouata uerba.

Nouantur autem uerba, quæ ab eo qui dicit ipſo gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis, uel ſæpe ſine coniunctione. De orat. 3

Inuſitata uerba.

Inuſitate ſunt priſca fere & uetuſta, & ab uſu quotidiani ſermonis iandiu intermiſſa. Ibidem

Mutata uerba.

Mutata uerba in quibus pro uerbo proprio ſubij- De orat.

citur aliud quod idem ſignificet, ſumptum ex re aliqua conſequenti. Hanc Hypalagen Rhetores, *quia quaſi ſummantur uerba pro uerbis,* Metonyman *grammatici uocant, quod nomina trāſſeruntur.* Ariſtoteles *autē tranſlationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem, quam* Catachreſim *uocant, ut cum minutum dicimus animum pro paruo. Iam cum fluxerunt plures continuæ tranſlationes alia plane fit oratio.* Itaque *genus hoc* Græci *appellant* Allegorian, *nomine recte, genere melius ille, qui iſta omnia tranſlationes uocat.*

Tranſlata uerba.

In orato. Tranſlata ea dico, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſa tranſſeruntur.

Vitium in uerbis.

De op. g. ora. Vitioſum in uerbis, ſi inquinatum, ſi abiectum, ſi non aptum, ſi durum, ſi longe petitum.

Verba Græca facta latina.

De finib. 3 Quanquam ea uerba quibus inſtituto ueterum utimur pro latinis, ut ipſa philoſophia, & rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, muſica, quāquam latine ea dici poterant: tamen quoniam uſu percepta ſunt, noſtra ducamus.

Verecundia.

In parti. Cuſtos homini uirtutum, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens, uerecundia eſt.

Veriloquium uide in dictione Notatio.

Veriſimile.

Ibidem Sed appellemus docendi gratia uériſimile, quod plerunque ita fiat: ut adoloſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem.

Veritas.

De inuen. 2. Veritas, per quam damus operam, ne quid aliter

quam confirmauerimus.fiat:aut factũ, aut futurum ſit.

Veritas,eſt per quam immutata ea, quæ ſunt,quæ aut ante fuerunt,aut futura ſunt,dicuntur.

Verum. De finib.2

Verum,id eſt fide ſimplex,conſtans.

Verſuti. De nat.de.3

Verſutos eos appello,quorum celeriter mens uerſatur.

Solum Vertere.

Exilium enim non ſupplicium eſt,ſed profugium portuſque ſupplicij.Nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem,eo ſolum uertunt,hoc eſt ſedem ac locum mutant. pro Aulo Cecinna.

Veſta. De leg.2

Veſta,quaſi focus urbis,ut Græco nomine eſt appellata,quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Veſtæ nomen à Græcis,ea eſt enim quæ ab illis Heſtia dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet. De natura deor.3

Viatores.

A uilla in ſenatum accerſebantur Curius,& cæteri ſenes, ex quo qui eos accerſebant, uiatores nominati ſunt. De ſenec.

Vindicatio. De Inuen.1.

Vindicatio, per quam uim & contumeliam defendendo,aut ulciſcendo propulſamus a nobis, & à noſtris,qui nobis eſſe chari debent, & per quam peccata punimus.

Vindicatio,per quam uis & iniuria, & omnino omne quod obfuturum eſt, defendendo aut ulciſcendo propulſatur.

Virtus. Ibidem

Eſt autem uirtus nihil aliud quam in ſe perfecta & ad ſummũ perducta natura. Paulopoſt. *Virtus,eſt per*

ſecta, conſtans, & perpetua ratio uitæ.

Tuſc.q.2 Appellata eſt ex uiro uirtus, uiri autem propria maxime eſt fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis, dolorisque contemptio.

De inuen.2. Virtus, eſt animi habitus, naturæ modo rationi conſentaneus. Habet partes quatuor, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam.

Tuſ.4 Virtus, eſt affectio animi conſtans conueniensque, laudabiles efficiens eos in quibus eſt, & ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis, ex ea proficiſcuntur honeſtæ uoluntates, ſetentiæ, actiones, omniſque recta ratio, quanquam ipſa uirtus rectiſſime recta ratio dici poteſt.

De finib.5 Virtus rationis abſolutio definitur.

De finib.4 Virtus, eſt rationis perfectio.

Virtutum ſpecies non uoluntariarum & uoluntariarum uide in animi partibus ſuo ordine.

Vis.

pro Aulo Cecinna. Omnis enim uis eſt, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere.

Viſum, Phantaſia.

Acad.q.1. De ſenſibus quædam dixit Zeno noua: quos iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille Phantaſiam, nos uiſum appellamus.

Acad.q.4. Cum enim ita negaret quicquam eſſe quod comprehendi poſſet, idem eſſe uolumus Acatalepton, ſi illud eſſet, ſicut Zeno definiret, tale uiſum, iam enim hoc pro Phantaſia uerbum ſatis heſterno ſermone triuimus: uiſum igitur impreſſum effictumque ex eo unde eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo unde non eſſet, id nos à Zeno-

ne definitum rectiſſime dicimus.

Vitia.

Quas Græci Caccias appellant, uitia malo quam malitias nominare. Paulopoſt. Quod enim uituperabile eſt per ſeipſum, id eo ipſo uitium nominatum puto, uel etiam à uitio dictum uituperari. De finib. 3

Vitioſitas, Malitia.

Vitioſitas, eſt habitus, aut affectio in tota uita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens. Tuſ. 4

Virtutis contraria eſt uitioſitas. Sic enim malo quã malitiam appellare eam, quã Græci Cacciam appellant. Nam malitiam certi cuiuſdam uitij nomen eſt, uitioſitas omnium. Tuſcu. 1

Voluntas.

Natura omnes ea quæ bona uidentur, ſequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem ſi ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt, quod bonum uideatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura, id cum conſtanter prudenterque fit, einſmodi appetitionem Stoici uoulifin appellant, nos appellamus uoluntatem, eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt. Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat. Tuſ. 4

Voluptas.

Doloris omnis priuatio, recte eſt nominata uoluptas. In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit uoluptatis. Itaque Epicuro placet, cum omni dolore caret, non modo uoluptatem eſſe, ſed etiam ſummam uoluptatem. De finib. 1

Voluptas, eſt iocundus motus in ſenſu, quam ſenſus accipiens, mouetur, & iocunditate quadam perfunditur. De finib. 2

Nihil magis quod uoluptatem declaret, quam quod Ibidem

Idoni Græci nominant, huic uerbo omnes qui ubique ſunt, qui latine ſciunt, duas res ſubijciunt læticiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. Stoici eam ſic definiunt, ſublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui. Non dicitur lætitia neque gaudium in corpore, in eo autem uoluptas omnium latine loquentium more ponitur, cum percipitur ea, quæ ſenſu aliquem moueat, iucunditas.

Voluptas partes.

Tuſ.4 Voluptati ſubiecta ſunt, maleuolentia, lætans malo alieno, delectatio, & ſimilia.

Has partes uide ſuo loco.

Vtile.

De inuen.2 Vtilitatis duæ partes uidentur eſſe, incolumitas & potentia.

Vulcani.

Vulcani fuerunt complures. Primus Cœlo natus, ex quo & Minerua Appollinem eum cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe uoluerunt.

De nat.de.3 Secundus Nilo natus Opas, ut Ægyptij appellant, quem cuſtodem eſſe Ægypti uolunt. Tertius e tertio Ioue & Iunone, qui Lenni fabricæ traditur præfuiſſe. Quartus Menalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur.

Vxorum ſpecies.

In Top. Genus eſt uxor, eius duæ formæ, una matrum familias, hæ ſunt quæ in manum conuenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.